Obens, Guilelmus

Qua aetate Socratis et Socraticorum

PA
4412
S6Z7

18.XII.12 Münster i. W.
Servatiikirchplatz I^a

Qua aetate Socratis et Socraticorum

epistulae, quae dicuntur, scriptae sint.

Commentationem philologicam

consensu et auctoritate amplissimi philosophorum physicorumque in universitate Guilelma Guestfala ordinis ad summos in philosophia honores rite capessendos

scripsit

Guilelmus Obens
Guestfalus.

Monasterii Guestfalorum.
E typographeo Aschendorffiano.
1912.

Consensu et auctoritate ordinis philosophorum commentationem typis expressam esse testatur

Carolus Spannagel,
Ordinis philosophorum h. a. decanus.

De hac commentatione ad ordinem rettulit
Guilelmus Kroll.

PA
4412
S6Z7

LIBRARY
717286
UNIVERSITY OF TORONTO

Parentibus sacrum.

Exordium.

In antiquorum rerum scriptorum libris saepius epistulas insertas invenimus, quas ab iis, quibus tribuuntur, scriptas non esse facile intellegitur. Ut exemplum afferam Herodotus (II, 40) Amasim facit scribentem ad Polycratem, Thucydides narrat Pausaniam ad Xerxem (I, 28), Xerxem ad Pausaniam (129), Themistoclem ad Artaxerxem (137) litteras dedisse. Quae res nihil offensionis habebat neque, qui legebant, scriptores eas variandi causa inseruisse ignorabant. Horum exemplum cum posteriores sequerentur, consuetudo epistulas viris priorum temporum substituendi magis magisque percrebruit et tum maxime floruit, cum sermo epistularum in artis formam redigi coeptus esset. Nonnulli in hac re id spectavisse videntur, ut eiusmodi epistulas sub nomine clarorum virorum bibliothecae cuidam venderent. Cuius rei initium factum esse temporibus Attalorum et Ptolemaeorum Galenus dicit [1]). Multi etiam litteras scribebant, ut aequales fallerent, quod ut perficerent, iis imitando dicendi consuetudinem illius aetatis et tempora apte describendo haud raro contigit. Posteriores vero, qua erant credulitate, eas epistulas genuinas esse putabant. Cuius erroris non minimam partem rhetoribus deberi constat, qui in scribendi exercitationibus saepe discipulis posuerunt, de quo epistulae forma agerent. Ipsi [2]) quoque exempli causa nonnunquam epistulas scripse-

---

[1]) Gal. de nat. hom. 1, 42: *Πρὶν γὰρ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ Περγάμῳ γενέσθαι βασιλεῖς ἐπὶ κτήσει παλαιῶν βιβλίων φιλομηθέντες, οὐδέπω ψευδῶς ἐπεγέγραπτο σύγγραμμα λαβεῖν δ' ἀρξαμένων μισθὸν τῶν κομιζόντων αὐτοῖς συγγράμματα παλαιοῦ τινος ἀνδρός, οὕτως ἤδη πολλὰ ψευδῶς ἐπιγράφοντες ἐκόμιζον.*

Ibidem, 2. prooem.: *Ἐν γὰρ τῷ κατὰ τοὺς Ἀτταλικούς τε καὶ Πτολεμαϊκοὺς βασιλέας χρόνῳ πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμουμένους περὶ κτήσεως βιβλίων ἡ περὶ τὰς ἐπιγραφάς τε καὶ διασκευὰς αὐτῶν ἤρξατο γίγνεσθαι ῥᾳδιουργία τοῖς ἕνεκα τοῦ λαβεῖν ἀργύριον ἀναφέρουσιν ὡς τοὺς βασιλέας ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγράμματα.*

(cf. Westermann, De epistularum scriptoribus Graecis commentationis pars prima, p. 11.)

[2]) Susemihl, Griech. Gesch. in der Alexandrinerzeit, II, p. 579 s.

runt. Id rhetores fecisse mirum non est, cum iam oratores priorum temporum orationes atque epistulas eadem ratione pertractarent [1]). Epistulae ad philosophiam spectantes illis temporibus philosophis vel sophistis eadem ipsa de causa gratissimae erant, ut de rebus philosophiae opinionem profiterentur et adversariis responderent. At illi rhetores, qui in scholis hominibus illustribus praeteritorum temporum epistulas supponebant, alios fallere nolebant neque nisi, ut supra dixi, exercitationis causa faciebant Quarum epistularum maximam partem ethopoiiae vel prosopopoiiae [2]), quae vocantur, habent atque illud *πρέπον*, quod postulabatur in declinationibus, optime adhiberi poterat, cum propositum esset a magistro, ut tales epistulae componerentur, quales clari viri certa condicione rerum scripturi fuissent. Sed quamvis operam darent, ut illud *πρέπον* assequerentur, tamen suas et aequalium condiciones oblivisci et consuetudinem moresque deponere non potuisse minime mirum est.

Ex eiusmodi exercitationibus epistulas, quae Socrati et Socraticis, qui appellantur, attribuuntur, ortas esse arbitror. Nam de consulto non adulteratae sunt, cum ea, quae continent, satis levia sint, tribus vel quattuor exceptis, quas ipsas, si diligenter spectamus, a rhetore quodam compositas esse apparet. Quod autem ii, qui eas conscripserunt, sermone Attico usi sunt vel potius uti studuerunt, non facile est dictu, qua aetate exstiterint, nam in illis nulla re tempus significatur. Sed cum omnes coniunctae in codicibus legantur, ex una schola eas prodisse certum est, praesertim cum aetate inter se non differant, quod me demonstraturum esse confido.

Has epistulas, quae in nonnullis codicibus, velut in Parisino quodam et Guelferbytano, ad nos pervenerunt, primum a doctissimo illo Leone Allatio [3]) anno 1637. editas optime legimus in editione Hercheriana [4]), quam hoc in opere sequor.

---

[1]) cf. Isocratis epp. 2, 13; 3, 1; 4, 13; 8.

[2]) cf. epistulas heroidum ab Ovidio scriptas.

[3]) Bentley(-Ribbeck), Über die Briefe des Phalaris . . . p. 540 s.

[4]) Rud. Hercher, Epistolographi Graeci, Parisiis 1873.

Tractatio.

I. Quamquam non ab uno homine tamen a discipulis eiusdem scholae scriptas esse demonstratur.

Epistulas universas spectantes in quinque partes disponere possumus:

a) epp I—VII^{b}, quas Socrates scripsisse fertur;

b) epp. VIII—XIII (accedunt epp. XVI et XXIX), quae cum Aristippi nomine conexae sunt;

c) epp. XIV—XXII (exceptis XVI et XVII), quae ad Xenophontem referuntur;

d) epp. XXIV—XXVIII, quae a Platone vel ad Platonem scriptae esse dicuntur;

e) epp. XXX—XXXVII, quae Speusippo attribuuntur

Quas vel cunctas vel singulas praescriptione cohaerentes non ab uno homine scriptas esse dilucide apparet cum sentientibus nonnullas multo diligentius et elegantius compositas esse tum tabulam insequentem intuentibus, qua demonstratur, quae ratio hiatus habita sit. Nam ex hac re optime et diligentiam et negligentiam scribendi cognoscere possumus. Afferam graves hiatus solos idque quot inveniantur in una quaque epistula et quot sint in pagina quinquaginta versuum, cum singulae paginae editionis Hercherianae quinquaginta fere versus contineant.

I (136½ versus)	40	14,65	IX (42 versus)	8	9,52
II (7)	—	—	X (6⅛)	1	8,16
III (9½)	4	21,05	XI (9¾)	1	5,13
IV (9)	2	11,11	XII (10⅓)	1	4,84
V (21⅓)	2	4,69	XIII (27⅓)	7	12,80
VI (134)	22	8,21	XIV (121½)	41	16,95
VII (62)	16	12,90	XV (32⅓)	11	17,01
VII^{b} (6½)	2	15,38	XVI (15⅓)	1	3,26
VIII (17¾)	4	11,27	XVII (47)	17	18,09

XVIII	(24 1/9 versus)	5	10,37	XXVIII	(36 1/2 versus)	15	20,55
XIX	(8 1/10)	3	18,52	XXIX	(57 1/2)	9	7,83
XX	(6 2/3)	2	15,00	XXX	(163 7/8)	2	0,61
XXI	(30 1/8)	13	21,16	XXXI	(20)	7	17,5
XXII	(21 3/4)	5	11,49	XXXII	(29 1/2)	1	1,69
XXIII	(28 2/3)	23	40,12	XXXIII	(9 2/3)	2	10,34
XXIV	(19 2/5)	6	15,46	XXXIV	(26 1/4)	8	15,24
XXV	(15 1/3)	—	—	XXXV	(27 1/2)	3	5,45
XXVI	(12 1/2)	—	—	XXXVI	(12 1/3)	12	48,65
XXVII	(21 2/3)	11	25,38	XXXVII	(13 2/3)	6	21,95

Vides igitur scriptores nonnullarum hiatui vitando nihil operam dedisse, aliarum eum diligenter devitavisse vel graves saltem hiatus effugisse, id quod ordine verborum immutato et iis rebus, quas postea afferam, consecuti sunt.

Venio nunc ad alteram rem demonstrandam. In omnibus fere epistulis una atque eadem sententia invenitur. Propinqui vel amici admonentur, ut paucis rebus contenti paupertatem egestatemque magni aestiment, ut deos colentes probi viri fiant. Fortasse dicat quispiam hanc rem in nonnullis epistulis illud *πρέπον*, quod vocatur, postulavisse Certe! Sed qua re scriptores eiusmodi causas sibi proposuerunt et de iis disseruerunt? Quod, quin studiis eorum responderit mihi dubium non est, praesertim cum Xenophontem ipsum virum nobilem et divitem fingant hominem pauperem et egestum [1]), qui *αὐτάρκειαν* praedicat [2]) et inducant Aristippum virum luxuriosum se exsecrantem, quod, cum Dionysius sibi tot et tanta dona offerret, non egeste vivere posset [3]). Percurram nunc singulas epistulas et afferam eos locos, quibus elucet rectum esse quod supra dixi.

I. Socrates gloriatur se, dum philosopharetur, a nemine quidquam accepisse. *Παρ' οὐδενὸς οὐδὲν εἰληφὼς εὑρεθήσομαι. Ἀργύριον οὐκ εἰσπράττω. Τὰ ἀρκοῦντα καὶ παρ' ἐμαυτοῦ ἔχω* (2). Increpat alios: *φαίνονται δὲ καὶ αὐτοὺς διὰ τὰ κέρδη ἀποδόμενοι καὶ παιδείας ὀλιγωροῦντες χρηματισμοῦ ἐπιμελοῦνται. Τιμῶνται διὰ τὸν πλοῦτον καὶ μεταπεσούσης τῆς τύχης ἐν ἀτιμίᾳ διάγουσιν τῇ πάσῃ* (4). Homines res suis viribus maiores affectare non debere, cum ipse Bellerophon eadem de causa perierit (12). Neque obsequi nolle deo, qui se ad philosophiam vocavisset. *ᾧ πειστέον μᾶλλον. Ἐπεὶ καὶ πρὸς σὲ βουλομένῳ ἀπεῖπε μὴ ἰέναι καὶ τὸ δεύ-*

[1]) cf. initium epistulae XXI. [2]) ep. XVIII. [3]) ep. IX, 1.

τερον πέμψαντός σου ἀπηγόρευσεν. Ἀπειθεῖν δὲ αὐτῷ ὀκνῶ (7). *Ἀλλ' οὐδὲ τῷ θεῷ συναρέσκει* (12).

V. In bello pecuniam contemnendam esse (2). Non recte facere Xenophontem, qui cum Cyro ad bellum proficiscatur. Se ipsum se bonum virum praestare velle (2). *Ἄνδρες ἀγαθοὶ γενώμεθα.*

VI. Perpaucis verbis praemissis tota epistula paupertas plurimis verbis praedicatur et luxuriosi mores hominum quorundam acerrimis verbis castigantur. *Ἐγὼ πένης αἱροῦμαι βιοῦν, ἔπειτα ἐξόν μοι παρὰ πολλῶν πολλὰ λαμβάνειν οὐ τὰς παρὰ ζώντων μόνον δωρεὰς τῶν φίλων, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἂν τελευτῶντές μοι ἀφῶσιν ἑκὼν παραιτοῦμαι* (1). Deum ipsum hominibus nisi *τῷ μηδενὸς δεῖσθαι* non praestare. Beatam vitam virtutem solam parare posse (4), cum pecunia neminem meliorem reddiderit.

VII. Se nihil mali facturum esse. *Πονηρία πάντων μέγιστον κακόν ἐστιν* (4).

VII[b]. *Ἄμεινόν τοῖς ἀλλοτρίοις ἁμαρτήμασιν ἀποθανεῖν ἢ τοῖς ἰδίοις σωθῆναι.*

VIII. *Οὐκ ἔστι τοῦτο φιλοσοφεῖν τὸ παρὰ τυράννοις ἀνδράσιν εἶναι καὶ Σικελικαῖς προσανέχειν τραπέζαις, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ ἐν τῇ ἰδίᾳ τῶν αὐτάρκων ἐφίεσθαι. Τὰ χρήματα οὐκ ἀναγκαῖά ἐστιν.*

IX. Ipse Aristippus paupertatem optimam esse iudicat et queritur, quod non eodem modo vivere possit atque Antisthenes, cui suadet, ut ficus reponat, ut habeat, quo hieme vescatur. Dionysium tyrannum neque deos revereri neque homines vereri.

X. Iuvenes Locrenses nihil mali commisisse neque esse, cur Dionysius eos poena afficiat.

XI. Ex verbis Aristippi elucere videtur eum Antisthenem laudare, quod sectetur probos pistores et caupones, qui Athenis farinam sine fraude vendant.

XII. Simo sutor admonet Aristippum: *Μέμνησο μέντοι λιμοῦ καὶ δίψης· ταῦτα γὰρ δύναται μεγάλα τοῖς σωφροσύνην διώκουσιν.*

XIII. Simonem egentes et incultos viros in numero amicorum habere (2) et illum ipsum hominem mediocrem et pauperem omnes nobiles libenter audivisse (1).

XIV. . . . . *τὸν γὰρ φιλόσοφον μηδὲν ἄλλο ποιεῖν ἢ θανατᾶν, ἐπειδὴ τοῦ σώματος αἰτημάτων καταφρονεῖ, μὴ δουλούμενος ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς* (8). Anytum et Meletum, Socratis accusatores, malos esse homines: *τούτω γὰρ τὼ μιαρωτάτω ἄνδρε μέχρι τῆς τελευτῆς τῶν πραγμάτων παρεμεινάτην πονηρώ* (1), cum Socrates ipse ne minimam quidem iniuriam fecerit (4). *Εἰ μέντοιγε ποιήσας*

καὶ εἰπὼν ἀνάξια ἑαυτοῦ καὶ φιλοσοφίας ἀπολυθείη ἀνδραπόδου βίον ἔφη βιώσειν ἐπαράτου.

XV. *Δεῖ μέντοιγε ἡμᾶς ἄνδρας ἀγαθοὺς γίνεσθαι.*

XVI. Socratem ex carcere effugere noluisse. *Οὕτω γὰρ ἂν ἁ πατρὶς καταπροδοθείη.*

XVII. Athenis mores multorum iuvenum corruptos esse; nam vitae dissolutae se dedisse. Quos Socratem corrigere voluisse· *Χρὴ τῆς ἀρετῆς πάντας ἐφίεσθαι.*

XVIII. Xenophon scribit ad amicos se omnes plantas suis manibus plantavisse . . . . . *φυτῶν, ἅτινα αὐτὸς ταῖς ἐμαυτοῦ χερσὶν ἐφυτευσάμην.* Laudat Simonem, quod paupertate non detineatur, quin philosophetur.

XIX. Idem Xenophon dicit: *Τὰ ὄντα ἡμᾶς διαβοσκήσει· ὡς γὰρ Σωκράτης ἔλεγεν, εἰ μὴ ἀρκέσει ἡμῖν ταῦτα, ἡμεῖς αὐτοῖς ἀρκέσομεν.*

XX. *Τὴν μὲν σὴν καρτερίαν καὶ πάλαι ᾔδειν καὶ σφόδρα θαυμάζω, διότι διατελεῖς παντὸς ὢν ἐπάνω πλούτου.*

XXI. Legimus Xanthippen bene facere, quod omnia dona repudiet. . . . . *ἐπαινοῦσίν σε, διότι παρ' οὐδενὸς οὐδὲν λαμβάνεις, φῂς δὲ πλουτεῖν.*

XXII. Haec epistula praeter ceteras digna est, quae afferatur, cum scriptum videamus Xenophontem adeo paupertatem diligere, ut timeat, ne per amicos divitias accipiat. Audiamus ipsum: *Ἦν λόγος, ὅτι πένητος πλουσιώτερον οὐδὲν εἴη, κινδυνεύω γὰρ, ὡς ὁρῶ, μὴ πολλὰ ἔχων, πολλὰ κεκτῆσθαι δι' ὑμᾶς τοὺς φίλους.*

XXIII. Aeschines profitetur philosophiam suam, quamquam non magna sit, tamen se eo adduxisse, ut neminem eorum, quos secum haberet, iniuria afficeret.

XXIV. Platonem ruri vivere velle, dum deo placeat. [. . . *ὅντινα ἂν ζῆν ὁ θεὸς ἡμῖν διδῷ.*

XXV. Laudatur adulescens quidam, *ὅτι σώφρων καὶ μέτριος* [*ἐστίν*] *καὶ εἰς πᾶσαν ὁμιλίαν ὡς εἰπεῖν καὶ χρείαν ἀσφαλής.*

XXVI. Magni aestimandam esse amicorum animi moderationem, cui illi valde operam dent.

XXVII. Phaedrus dicit se a Platone et Socrate virtutem didicisse [*ἀρετῆς ἐπιπλάμην*].

XXVIII. *Τά γε τῆς ψυχῆς ἑκάστοτε ἴσμεν ὑγιᾶ διά τε φρόνησιν καὶ ἀρετήν* (2).

XXIX. Aristippus, quamquam ipse heluo est, admonet filiam, ne, paucis rebus contenta, nimium cupiat et ut divitias contemnat.

XXX. *Παρήνεγκε δέ σοι καὶ τὴν Διονυσίου μοναρχίαν, ὥσπερ προσῆκόν σοι τοὺς ἀσεβεστάτους, ἀλλ' οὐ τοὺς σπουδαιοτάτους μιμήσασθαι καὶ ζηλωτὴν τῶν κακίστων, ἀλλ' οὐ τῶν δικαιοτάτων γενέσθαι* (10).

XXXI. Rex Macedonum admonetur, ut bonus et probus vir sit et ut beneficia fratris imitetur. *Περὶ πλείστου δὲ δεῖ σε ποιεῖσθαι σώφρονα εἶναι.*

XXXII. Amicum decere *μηδὲν τῶν καλῶς ἐχόντων παραλιπεῖν* (1). *Σοφία γὰρ ἀληθὴς λέγοιτ' ἂν ἐνδίκως βεβαιότης καὶ πίστις* (3).

XXXIV. Iustum esse eos, qui revera moderati sint taliaque aciant, debitam gloriam consequi.

XXXV. *Ἔφης καλῶς ποιεῖν, εἰ καὶ αὐτὸς ἀνεχοίμην ἀπορίας καὶ πραγματείας. Ἀλλὰ νῦν δείξεις, οἷοι καὶ Δαναοῖσιν ἀριστῆες μετέασιν ἀδικίας ἀνέχοντες.*

Etiam aliud commune habent inter se epistulae exceptis nonnullis brevibus et tricesima sexta, quae tota fere ex procedenti exscripta est. Praedicatur amicitia, non autem ea, quae pendet ex epistulis scribendis [1]), sed legimus eorum, qui epistulas scripserint, alterum alteri auxilium ferre velle, si ei aliqua re opus esset.

I. *Τὰ δ' εἰς περιουσίαν πραττόμενα, οἷς ἂν λαβὼν παρακατατίθωμαι, οὐχ εὑρίσκω τῶν δωσόντων μοι πιστότερον* (2). *Παρὰ χρηστῶν δέ μοι ἔξεστι καὶ μηδὲν δόντι λαμβάνειν* (3). *Ἐνὶ δὲ κεφαλαίῳ εἰκὸς φίλους μὲν ὄντας πολλὰ καὶ τῶν ἰδίων ἡμῖν προήσεσθαι, φίλους δὲ μὴ ὑπάρχοντας ἔνια καὶ τῶν ἡμετέρων προσαποστερεῖν ζητήσειν* (3).

II. Socrates Xenophontem, qui in Peloponneso versatur, Chaerephonti consulere iubet, quod ibi res turbatae sint. . . . *ὧν ἐπιμεληθεὶς ἐκεῖνόν τε σώσεις ἄνδρα φίλον καὶ ἡμῖν τὰ μάλιστα χαριῇ.*

IV. Socrates scribit se Critobulum, qui philosophiam neglexisset, ad eam revocavisse, quibus verbis dicere vult se illum rursus probum virum reddidisse.

V. Xenophon admonetur, ne ad bellum proficiscatur. Nam adversarios eum calumniaturos esse et quo splendidius res in Asia gesturus fuerit, eo magis illum pressuros esse.

[1]) Eiusmodi loci, quos non paucos inveni, hac de causa omittendi sunt, quod nituntur praeceptis veterum epistolographorum; atque Demetrius, quem vocant, in libro, qui *τύποι ἐπιστολικοί* inscribitur, praecipit, ut epistularum ad amicos scribendarum initium fiat his verbis: . . . *εἰδὼς δὲ ἐμαυτὸν τὰ πρὸς σὲ γνησίως διακείμενον . . ., καλῶς οὖν ποιήσεις πυκνότερον ἐπισκοπῶν τοὺς ἐν οἴκῳ μή τινος ἔχωσιν χρείαν.* cf. Hercher, p. 1 s. et Weichert, Demetrii et Libanii, qui feruntur *τύποι ἐπιστολικοὶ* et *ἐπιστολιμαῖοι χαρακτῆρες*, p. 3.

VI. *Τοῦν μὲν ξένοιν ἐπεμελήθην ὡς παρεκάλεις καὶ τὸν ἐν τῷ δήμῳ συναγορεύσοντα αὐτοῖν ἐπεσκεψάμην τῶν ἡμετέρων τινὰ ἑταίρων, ὃς ὑπερετήσειν ἔφη προθυμότερον διὰ τὸ καὶ σοὶ χαρίζεσθαι ἐθέλειν* (1). *Χρυσίον μὲν οὐ καταλείψω τοῖς ἐμαυτοῦ παισὶν, τοῦ δὲ χρυσοῦ κτῆμα τιμιώτερον φίλους ἐπιεικεῖς, οὓς φυλάττοντες μὲν οὐδενὸς ἐλλειφθήσονται τῶν ἀναγκαίων, κακῶς δὲ τὰ περὶ τοὺς φίλους μεταχειρίσαντες εὔδηλον, ὡς τά γε χρήματα πολύ κάκιον διοικήσουσιν* (8). *Πρῶτον μὲν ἐκεῖνο ἐρῶ, ὅτι οὐ πάντες ἄνθρωποι ὁμοίως ἔχουσιν πρὸς τοὺς φίλους* (9). *Οὐδὲ μισθοὺς εἰσπράττομαι, ὅτι οὐδὲν ἔχω πρέπον ἀντικατάλλαγμα φιλοσοφίας ἄλλο πλὴν φιλίαν* (10).

VII. Socrates timet iis, qui Thebas fugerunt. *Περὶ δὲ ὑμῶν οἱ παρόντες διήγγελλον κατὰ γνώμην ἄχρι νῦν χωρεῖν τὰ πράγματα.*

VII[b]. Critonem adeo diligere magistrum, ut oret et obsecret, ut carcere effugiat.

VIII. Optimum est quam potentissimos amicos habere. Consuetudinem tyrannorum ea de causa non petendam esse, quod nunquam amici futuri sint.

IX. Aristippus laudat Anthisthenem: *εὖ οὖν ποιεῖς ἀχθόμενος ἐπὶ τῇ κακοδαιμονίᾳ τῶν ἄλλων. Κἀγὼ δὲ ἐπὶ τῇ σῇ εὐδαιμοίᾳ ἅδομαι* (2). *Πέμψω δέ σοι τῶν θέρμων τὼς μεγάλως τε καὶ λευκὼς, ἵν' ἔχῃς . . . . ὑποτραγεῖν.*

X. Aeschines orat Aristippum, ut una cum Platone a Dionysio impetret, ut iuvenes quidam Locrenses liberentur. *Οἶσθα δὲ τὴν πρὸς αὐτούς μοι ἑταιρείαν.*

XI. Aristippus respondet illos iuvenes, cum sint amici, brevi liberatum iri.

XIV. Quanta necessitudine discipuli, qui amici appellantur, cum Socrate magistro coniuncti sint, describitur (9).

XV. *Εἴ του δέοιντο οἱ Σωκράτους ἑταῖροι, ὧν ἐπέμψαμεν, σημαίνετόν μοι· ἐπικουρήσομεν γὰρ ἐπειδὴ τοῦτο καλὸν καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν* (2). *Καί φημι δὲ ἀδικήσειν τὴν κοινὴν ἑταιρείαν . . . . εἰ μὴ ἄσμενοι* [*ἀπολογίαν*] *γράψαιμεν* (2).

XVI. *Παρ' ὑμᾶς ἀφιξόμεθα καὶ, εἴ τι ἔχομες βέλτιον ποιέειν, ποιήσομες.*

XVII. Legimus, quanto amore fuerit adulescens quidam Lacedaemonius erga Socratem (3).

XVIII. Xenophon invitat amicos suos. Si fieri posset, omnes venirent. Illos artissimis amicitiae vinculis inter se coniunctos esse ex eo elucet, quod *συνθύται* appellantur.

XIX. Idem simili modo alios invitat et pergit *ἔγραψα δὲ καὶ Γρύλλῳ τῷ υἱῷ καὶ ἑταίρῳ, εἴ του δέοιο, παρέχειν σοι.*

XXI. Xanthippae a Xenophonte per Euphronem dona missa sunt. *Εἰς ὅσον γὰρ ἐγώ τε καὶ οἱ ἄλλοι φίλοι ἰσχύομεν ἐπικουρεῖν σοι, δεήσει οὐδενός.*

XXII. *Κινδυνεύω . . . . . μὴ πολλὰ ἔχων πολλὰ κεκτῆσθαι δι' ὑμᾶς τοὺς φίλους, οἵτινες ἐπιμελεῖσθε ἡμῶν.*

XXIII. Aeschines certiorem facit Phaedonem, quam benigne per Aristippum Dionysio commendatus sit. *Ἑταίρικόν τι . . . . ποιεῖ Ἀρίστιππος οὗτος.*

XXV. *Ὡς οὖν ὄντος καὶ τοιούτου καὶ ἡμετέρου καὶ σοῦ φίλου πειρῶ τὴν ἐνδεχομένην περὶ αὐτοῦ ποιεῖσθαι σπουδήν· ἄξοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι χάριτος.*

XXVI. Mores cuiusvis hominis optime indicantur ex amicitiae constantia. *Ἤθους γὰρ κρίσιν οὐδεμίαν ἀκριβεστέραν ἡγοῦμαι τῆς ἐν τῇ φιλίᾳ βεβαιότητος, ἧς ὑμᾶς αἰσθάνομαι καὶ παρὰ τὴν ἡλικίαν ἐπιμελουμένους.*

XXVII. Phaedrus dicit se desiderio Platonis teneri. Eum ipsum obsecrat per Iovem amicalem et socialem [*πρὸς Διὸς φιλίου τε καὶ ἑταιρείου*], ne sui obliviscatur.

XXVIII. *Καὶ εἴ του δέοιο τῶν σῶν γράφε ἡμῖν, τὰ γὰρ ἐμὰ σά φημι εἶναι δίκῃ ἁπάσῃ* (2).

XXIX. Philosophus Cyrenaicus scribit ad filiam, ut se mortuo rem familiarem cum duabus Socratis uxoribus partiatur. *Πειρῶ δὲ μετὰ Ξανθίππης καὶ Μυρτοῦς ζῆν, ὡς ἐμοὶ φίλον μετὰ Σωκράτους, πλέον διὰ τὴν ἐκείνων φιλίαν σεαυτὴν στέλλουσα.* Et si Lamprocles, Socratis filius ad eam venerit, colat ut suum filium: *μηδὲν τοῦ τέκνου διαφορώτερον τιμῶσα.*

XXX. Auctor, cum Antipatrum Philippo commendare studeat, libros ab illo scriptos laudibus effert et Isocratem vituperat. *Διάκουσον οὖν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα καὶ βοήθησον ὡς ἂν δύνῃ προθυμότατα. δικαίως δ' ἂν αὐτῷ βοηθοίης διὰ πολλὰ . . . .* (1).

XXXII. *Ἐνόμιζον ἐπιτήδειον εἶναί μοι μηδὲν τῶν καλῶς ἐχόντων παραλιπεῖν καὶ διὰ Πλάτωνος ἐντολὴν καὶ διὰ τὴν ὑπάρχουσαν ἐμοὶ καὶ σοὶ φιλίαν.*

XXXIII. *Τῶν περὶ ἐμὲ προστήσῃ κατὰ τρόπον.*

XXXIV. *Πολλὴν πρόνοιαν εἶχον περὶ ὑμῶν.*

XXXV. *. . . . καὶ ἄλλον ὁντινα τρόπον δύνατόν ἐστι τὴν δύναμίν μου αὐξήσετε. ἐπίστελλε δὲ καὶ εἴ που δεῖ ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἐνθάδε.*

XXXVII. *Συναποδὸς δέ μοι ἔσσι κατὰ φιλοσοφίαν.*

II. Illas epistulas quinto vel quarto a. Chr. n. saeculo compositas esse non posse comprobatur.

Ad hanc rem demonstrandam primum quidem videamus

I. Quas res ad historiam pertinentes contineant epistulae.

Initio primae epistulae Socrates dicit has litteras responsi causa ad regem quendam datas esse. Iterum negat se ad illum venturum esse. Ac maioribus donis ab illo oblatis se adduci omnino non posse, ut ei obsequatur, cum ne a discipulis quidem pecuniam accipiat, qua re maxime a sophistis differat. Deinde vehementissime vituperat sophistarum mores perversos. Praeterea deo obtemperandum esse, qui se proficisci vetuerit. Fortasse regem sibi de daemonio, de quo priore epistula scripserit, diffidere. Id mirum non esse, cum iam multi, ipsi quoque comites in proelio Deliensi, sibi fidem non habuerint. At eorum unum militem caedem effugisse, qui nihil nisi scutum servaverit [*μόνον τὴν ἀσπίδα σῴζων* (9)]. Quae ipsa verba ostendere puto epistulam a rhetore quodam posteriorum temporum scriptam esse, qui non iam sciebat Spartiatas non Athenienses scutum amisisse summam ignominiam duxisse ferantur. Paulo diffusius nobis agendum est de illo daemonio. Quod daemonium, de quo iam apud veteres variae sententiae circumferebantur, quid esset, ne Socrates quidem sciebat neque si Plutarcho [1]) fides habenda est, Simmiae, qui eum quondam interrogavisset respondere poterat [2]). Plato autem facit Socratem dicentem (Ap. 31D): *Ἐμοὶ δὲ τοῦτο* [*τὸ δαιμόνιον*] *φωνή τις γιγνομένη, ἥ ὅταν γένηται ἀεὶ ἀποτρέπει με τοῦτο, ὃ ἂν μέλλω, πράττειν, προτρέπει δὲ οὔποτε.* Vides igitur Socratem ipsam illud daemonium divinum quiddam in se positum vel divinam vocem esse credidisse, quae eum admonebat, ne quid, quod illi incommodo esset, faceret. At iam Xenophon, cui minus confidendum est in hac re quam Platoni, putabat Socratem non solum admoneri, ne quid mali committeret, sed etiam incitari ad quasdam res gerendas [3]). Qua in opinione porro progressi sunt, qui Platoni libros substituebant, velut is, qui conscripsit dialogum qui Theages inscribitur. In hoc libro Socratem

[1]) Plut., de genio Socratis, p. 589 ss.

[2]) Christ, Plutarchs Dialog v. Daimonium des Socates. Sitzungsber. d. bay. Ak. 1901, p. 98; Lasaulx, Des Sokrates Leben, Lehre u. Tod, p. 19.

[3]) Willing, De Socratis daemonio. Comment. philol. Jenenses VIII, 2. p. 130 ss.

praescivisse legimus exercitum Atheniensium in Sicilia periturum esse (129 D) ac maxime memorabile est Socratem narrare sicarium quendam, qui ad mortem duceretur, paenituisse, quod Socratis divinam vocem secutus non esset (129 A ss.) Recentiores demum Socratis daemonium, quid esset, omnino non intellexerunt et genium vel daemonem esse arbitrabantur [1]), qui eum in omnibus rebus oraculi loco invaret. Hanc opinionem videmus in libris Plutarchi (De genio Socratis), Apulei (De deo Socratis), Maximi Tyrii (cc. 14 et 15). Similiter legimus in prima harum epistularum de daemonio Socratis: *Οὐδὲ τῷ θεῷ συναρέσκει, ᾧ μέχρι νῦν συμβούλῳ τε καὶ ἐπιτρόπῳ ἐμαυτοῦ χρῶμαι* (I, 12). Idem deus Socrati non solum tempora futura aperit sed etiam adulescentes eum instruere iubet (I, 6 s.) et ad philosophiam accedere: *τοῦ θεοῦ κελεύσαντος φιλοσοφεῖν* (I, 2), quod Platonis rationi omnino non respondet. Nam secundum hanc philosophus ille clarissimus a daemonio adduci non poterat, ut talia susciperet neque adductus est nisi oraculo vel aliis rebus [2]). Sed huius epistulae scriptor daemonium Socratis et oraculum confundere videtur, nam deo se dicit obsequi debere, qui se melius, quid utile sit, cognoscat (7) et eodem modo civitatibus Graecis magno usui esse oraculum Delphicum consulere, eas autem, quae Apollini non oboediant, plerumque damno affici. Secundum Platonem auctor illud daemonium etiam *τὸ εἰωθὸς σημεῖον* appellat. Sed cum dicat *συνέβη μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον*, etiam ex his verbis elucere mihi videtur illum putavisse daemonium esse deum vel amicum numen. Qua re affirmare audeo hanc quidem epistulam ortam esse illis post Chr. n. temporibus Plutarchi vel Apulei, quibus omnes fere homines superstitioni magnopere operam dedisse et de ipso Socratis daemonio complures scriptores scripsisse scimus. Quamquam enim accusatores Socratem arguebant, quod novos deos coleret, tamen posterioribus temporibus saeculis homines sententiam Platonis et Xenophontis sequebantur neque quisquam ante Plutarchum, quoad scimus, ne Antipater quidem illud daemonium esse deum putabat. Tum Socrates pergit etiam officia, quae illi praestare debeat, suis viribus maiora esse. Ac si quis nimias res petat, futurum esse, ut in calamitatem incidat. Quod ut demonstrent, veteres mythographos fabulam Bellerophontis invenisse. Nam illum non perisse, quod locum editiorem [*τόπον*

[1]) Volquardsen, Das Daimonium des Sokrates und seine Interpreten, p. 46 et adn. 1.

[2]) Zeller, Gesch. der griech. Ph. II, 67, 68.

ὑψηλοτέρου] petiverit, sed quod res suis viribus maiores affectaverit. Simili modo illam fabulam in libro cuiusdam anonymi, qui *περὶ ἀπίστων* inscribitur, legimus, ubi scriptum est[1]): . . . . *ἀλλὰ τὴν ἀστρονομίαν μετιὼν, ὑψηλά τε φρονῶν καὶ ἄστροις ὁμιλῶν εἰς οὐρανον οὐ τῷ ἵππῳ, ἀλλὰ τῇ διανοίᾳ ἀνέβη.* Etiamsi hic anonymus non idem est atque Heraclitus, cui illae *Ὁμηρικαὶ ἀλληγορίαι* attribuuntur, tamen florebat non multo ante Christum natum[2]), qua aetate explicatio allegorica percrebruerat et arte conclusa erat[3]). Ante igitur illa tempora hanc epistulam scribi non potuisse censendum esse puto, quamquam non temere dico anonymum illum fontem nostro auctori praebuisse.

In eandem epistulam fabella inserta est, qua Socrates dicit daemonium in pugna ad Delium commissa se adhortatum esse, ne, cum in trivium venisset, recta via pergeret. Comitum eos, qui secum issent, servatos esse, plurimos autem, qui voluntati suae non obsecuti essent, in hostium equitatum incidisse et ad unum occisos esse. Cuius narratiunculae mentionem non faciunt Plato vel Xenophon, et quin a posterioribus Socrati afficta sit, non est dubium. Eandem in Plutarchi libro (581 D E) legimus, quo loco Alcibiadem et Lachetem una cum Socrate servatos esse, Pyrilampidem autem et ceteros interfectos vel vulneratos vel captos esse narratur ab Epaminondae patre, qui dicit se fando audivisse. Quam nihili hae aliaeque fabulae aestimandae sint, probat Volquardsen (p. 41 s.). Etiam apud Ciceronem invenimus illam fabellam in eo libro, quo de divinatione agit (I, 123). Hoc loco idem fere legimus atque in hac epistula, nonnulla ad verbum in Graecam linguam translata esse censeas velut *εἰς γὰρ τοὺς ἱππέας ἐμπεσεῖν τῶν πολεμίων*, pro quibus apud Ciceronem scriptum videmus „in hostium equitatum inciderunt“. Etiam hac in re Ciceronis narratio cum nostri auctoris congruit, quod loquitur de trivio (*διάβασις*), cum apud Plutarchum sit comites aliam viam (*ἑτέραν ὁδὸν, οὐχ ἣν ἐκεῖνος*) isse. Atque cum Ciceronem ex libris Antipatri hausisse inter viros doctos constet, verisimillimum est scriptorem ipsum illum auctorem secutum esse.

Fortasse auctor harum litterarum in Platonis Gorgia (470 D ss.) legerat Socratem repudiasse invitationem Archelai, regis Macedo-

---

[1]) Mythographi Graeci, ed. Festa, III, 2, p. 94.

[2]) Christ, Gesch. der griech. Lit.[4] p. 808.

[3]) Diels, Doxographi Gr. p. 88 ss.

num, cuius in aula regia nonnullos artifices et poetas fuisse nemo nescit [1]). Sed illo loco et paulo infra (525 D) Plato non bene iudicat de moribus illius regis, ac Socratem talis hominis amicitiam et consuetudinem recusavisse mirum non est. Hanc occasionem Socrati epistulae substituendae scriptor praetermittere nolebat. Qua in epistula, quin ei in animo fuerit consuetudinem sophistarum suae aetatis verbis castigare non est dubium [2]). Eandem fuisse causam sextam epistulam scribendi dilucide videmus. Nam paucis verbis exordii et conclusionis exceptis tota epistula mores sophistarum obiurgantur et probatur divitias contemnendas vel certe non appetendas esse, quod homines nunquam meliores, saepe peiores reddidissent.

Has duas epistulas longas a ceteris segregandas esse censeo. In minoribus, ultimo epistolio excepto, hoc unum memorabile est, quod in tribus (II., III., IV.) primum verbum nomen proprium est et, ubi hoc in epistula omnino non legitur (V., VII.), pronomen personale invenimus. Qua de causa has ab uno discipulo aut a discipulis unius magistri conscriptas esse existimo. Nam in aliis epistulis hanc consuetudinem raro reperimus.

Secunda epistula cognoscimus, quo modo Socrates Chaerephontem commendet Xenophonti, qui in Chersoneso commoratus fingitur. At inter omnes constat Xenophontem Socrate vivo nondum domicilium ibi collocavisse, sed multis annis post illius mortem eo venisse.

Tertiae scriptor dicit philosophum Potidaeae fuisse, id quod eum ex loco Platonis apologiae conclusisse puto (apol. 28 C), quo Socratem pugnae Potidaeensi interfuisse legimus.

Quarta nullam rem ad historiam referentem continet.

In epistula subsequenti est Xenophontem Thebis commorari. Sine dubio auctor illum ibi esse fingit, quod ex Xenophontis libro, qui anabasis inscribitur, sciebat Proxenum, illius amicum, qui ut secum ad bellum proficisceretur ei suaserat, Thebis natum esse. At Proxenus ipse illis temporibus iam in Asia erat [3]).

Plura dicenda sunt de septima. Haec epistula, cuius primam

[1]) Droysen, Hellenismus I, 1 p. 75 ss.; Wilamowitz, Herm. XII, p. 353 ss.

[2]) De hac re infra accuratius agam.

[3]) Xen. anab. III, 1, 4: *αὐτὸν μετεπέμψατο οἴκοθεν.* III, 1, 8: *ἐξέπλει καὶ καταλαμβάνει ἐν Σάρδεσιν Πρόξενον.*

partem ex Platonis apologia arcessitam esse videmus [1]), data est a Socrate ad unum ex iis, qui cum Thrasybulo Thebas fugerant. Quibus litteris Socrates illum certiorem facit de iis, quae Athenis gerantur et addit se ipsum triginta tyrannis invisum factum esse, quod Leontem Salaminium in Piraeo comprehendere noluerit. At Xenophon [2]) narrat Leontem iam trucidatum esse antequam Thrasybulus cum suis Athenis fugisset [3]).

Vides igitur has epistulas attribui non posse Socrati, quem nihil unquam scripsisse etiam ex loco quodam Phaedri Platonici intelligi potest, quo Socrates omnem rationem litterarum repudiat et dicit, cur id faciat [4]).

Venio ad eas epistulas, quae cum Aristippi nomine connexae sunt, octavam, nonam, decimam. undecimam, duodecimam, tertiam decimam, sextam decimam, undetricesimam.

Aristippum Cyrenaicum, qui *κατὰ κλέος Σωκράτους* Athenas venerat, Socrate mortuo sophistarum consuetudine terras permigrasse notum est. Saepius Syracusas venit, ubi Dionysiorum hospitio utebatur. Ad hanc peregrinationem pertinent epistulae, una excepta, de quibus nunc disputabo.

In octava Antisthenes, qui etiam ab aliis inimicus Aristippi appellatur [5]), gravibus verbis Aristippum accusat, quod Syracusis vitae effeminatae se dederit. Ei suadet, ut hellebori bibendi causa Anticyram se conferat. Quin hic dicatur de urbe Anticyra ut de loco, quo homines, ut ex morbo se reficiant, proficiscantur, non dubium est. Primum nomen hellebori scriptum videmus in litteris Graecis apud Aristophanem in fabula, quae vespae inscribitur (v. 1489). Tum etiam in Theophrasti historia plantarum (IX, 9, 2)

[1]) Ep. Socr. VII, 1: *Ἐμοὶ δὲ συνέβη μετὰ τὴν ἀποχώρησιν εὐθέως ὑποπτευθῆναι . . . Ἡμέραις δ' οὐ πολλαῖς ὕστερον ἀνακαλεσάμενοί με εἰς τὴν θόλον ἦγον . . . καὶ ἰέναι με ἐκέλευον εἰς Πειραιᾶ καὶ Λέοντα συλλαμβάνειν. Ἦν δὲ ἡ γνώμη αὐτῶν . . . ἐμὲ κοινωνὸν ποιεῖσθαι τοῦ ἀδικήματος.*

Plat. apol. 32 C: *Ἐπειδὴ δὲ ὀλιγαρχία ἐγένετο οἱ τριάκοντα αὖ μεταπεμψάμενοί με πεμπτὸν αὐτὸν εἰς τὴν θόλον προσέταξαν ἀγαγεῖν ἐκ Σαλαμῖνος Λέοντα τὸν Σαλαμίνιον, ἵνα ἀποθάνοι, οἷα δὴ καὶ ἄλλοις ἐκεῖνοι πολλοῖς πολλὰ προσέταττον βουλόμενοι ὡς πλείστους ἀναπλῆσαι αἰτιῶν.*

[2]) Xen. hist. II, 3, 39; 42.

[3]) cf. Bentley(-Ribbeck), p. 543.

[4]) Plat. Phaedr. p. 275 s.: *Τοῦτο γὰρ τῶν μαθόντων λήθην μὲν ἐν ψυχαῖς παρέξει μνήμης ἀμελετησίᾳ, ἅτε διὰ πίστιν γραφῆς ἔξωθεν ὑπ' ἀλλοτρίων τύπων, οὐκ ἔνδοθεν αὐτοὺς ὑφ' αὑτῶν ἀναμιμνήσκομένους. Οὔκουν μνήμης ἀλλὰ ὑπομνήσεως φάρμακον εὗρες.* cf. Bruns, Lit. Porträt der Griechen, p 266 s.

[5]) cf. Natorp, Paul.-W. II, 1, p. 903.

legimus: *Ὁ δὲ ἑλλέβορος ἐπὶ ταὐτὰ τῇ τε ῥίζᾳ καὶ τῷ καρπῷ χρήσιμος, εἴπερ οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ, καθάπερ φασὶν, τῷ καρπῷ καθαίρουσιν.* Quo loco iam Anticyra commemoratur, cuius incolae helleboro utuntur. Paulo infra habemus (IX, 10, 3): *φύεται ὁ μὲν μέλας πανταχοῦ καὶ γὰρ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ καὶ ἐν Εὐβοίᾳ καὶ παρ' ἄλλοις πολλοῖς. Ἄριστος δὲ ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος καὶ ὅλον τὸ ὄρος εὐφάρμακον· ὁ δὲ λευκὸς ὀλιγαρχοῦ, βέλτιστοι δὲ καὶ οἷς χρῶνται μάλιστα τέτταρες· ὁ οἰταῖος, ὁ ποντικὸς, ὁ ἑλεάτης, ὁ μαλιώτης· ἄριστος δὲ πάντων καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ὁ οἰταῖος καὶ πολλοὶ καὶ ὠνοῦνται καὶ πολοῦσιν.* Qua de causa Aristippus Syracusis Anticyram, in tam longinquam urbem se conferret, cum ille helleborus ubique et cresceret et veniret? Ipse Plato, apud quem haec herba semel commemoratur, illam urbem non affert (Euthyd. p. 299B). Posteris autem temporibus mos fiebat, ut aegroti re vera Anticyram proficiscerentur et diutius manerent, id quod elucet ex verbis Strabonis et Plinii, quorum ille dicit (*Θ* 418): *εἶτα Ἀντικύρα . . . καὶ δή φασιν ἐκεῖ τὸν ἑλλέβορον φύεσθαι τὸν ἀστεῖον, ἐνταῦθα δὲ σκευάζεσθαι βέλτιον καὶ διὰ τοῦτο ἀποδημεῖν δεῦρο πολλοὺς καθάρσεως καὶ θεραπείας χάριν,* cum hic exhibeat (*N. H.* XXV. 52): Drusum quoque constat hoc medicamento liberatum comitiali morbo in Antcyra insula (quibus verbis Plinius Anticyram falso insulam appellat). Verbis igitur huius epistulae *ἄπιθι εἰς Ἀντίκυραν καὶ ὠφελήσει σε ὁ ἑλλέβορος ποθεὶς πολύς* concludi posse existimo has litteras non Aristippi aetate scriptas esse.

Ex litteris insequentibus res ad historiam pertinentes repetere non possumus, sed eas ab Aristippo non compositas esse aliis argumentis, quae infra afferam, comprobabo.

De iuvenibus Locrensibus auctor decimae epistulae facit loquentem Aeschinem, qui Aristippum orat, ut una cum Platone illos iuvenes Dionysio commendet et in subsequenti respondet Aristippus se effecisse, ut illi liberarentur. Quod legimus illos proxime ad mortem accessisse, non puto Aristippo contingere potuisse, ut iuvenes liberaret, praesertim cum multum temporis praeteriret, dum epistula Sycracusas veniret. Et quid tandem Aeschinis intererat Locros quosdam servari, cum sine dubio ageretur de Locris Italiae? Sane illos philosophos, Platonem et Aristippum, tyrannum hortari oportebat, ne quid facinoris in se committeret. Accedebat, quod hoc loco, cum Dionysius esset filius Doridis Locrensis, optime illud genus commendaticium vel commissorium adhiberi poterat. Sed fortasse scriptor cogitabat de Dionysio Maiore, qui recentiori-

bus tyrannus *κατ' ἐξοχήν* erat. Quin autem filius illius tyranni designetur, in dubium vocari non potest. Nam Plato ter Syracusis erat et tertium una cum Aristippo anno 361. Hoc igitur tempore has duas epistulas scriptas esse oporteret, si verae essent. Sane auctor Aeschinem facit scribentem ad Aristippum Syracusas, quem illum, cum paupertate premeretur, adiuvisse et ad Dionysium deduxisse sciebat [1]).

Epistula, quae subsequitur, duodecima Simo ille sutor celebratissimus obiurgat Aristippum, qui sapientiam suam Dionysio praesente deriserit. Ad quod philosophus Cyrenaicus respondet se amiciorem eius esse quam Antisthenem; nam se calceis utentem eius artem adiuvare, cum Antisthenes, qui nudis pedibus incederet, eum mercede fraudaret. Ineptias nugatorias! Quas Athenis in Siciliam missas esse putemus? Ceterum Simo nunquam fuit neque unquam epistulas scribere potuit [2]).

Aristippus respondet non se eum perstringere, sed Phaedonem. Quibus verbis auctorem eos, qui has litteras legant, de dialogo Phaedonis, qui Simon inscribitur, admonere velle mihi persuasum est [3]), Atque cum loquatur de Prodici in Herculem laudatione, quam quod perstrinxerit Simoni a Phaedone crimini datur, doctrinam suam, quam petivit ex Xenophontis memorabilibus (II, 1, 21), ostendere vult. Satis gravia verba *σοφώτερον Πρωδίκου* esse videntur. Proverbium enim fuisse veteribus Apostolius paroemiographus memoriae prodidit. Ipse quidem non comprehendit, cum scripserit: *οὗτος ἦν καὶ σοφὸς λίαν καὶ ἀκριβὴς δικαστὴς καὶ διαιτητής.* Sed Zellero dicenti [4]) illud proverbium, cum substantivum *πρόδικος* idem valeat atque arbiter, Graecos fortasse in eam sententiam accepisse, ut intellegerent illis verbis dici hominem quendam sapientiorem esse arbitro, adstipulari non possum, quod antiquis temporibus re vera sapientia Prodici laudabatur. Ceterum non existimo arbitros tam eximia sapientia excellentes fuisse, ut hoc proverbium oriri posset. Proverbium ipsum, cum breve esse oporteat, *Πρωδίκου σοφώτερος* fuisse verisimile est, non *Πρωδίκου τοῦ Κείου.*

[1]) cf. Diog. L. II, 61; III, 36.

[2]) Wilamowitz, Herm. XIV, p. 187: Daß der Schuster Simon keine historische Figur ist, sondern die ideale Verkörperung der Schuster, mit denen Sokrates zu exemplifizieren pflegte, weiß jeder Knabe zu sagen.

[3]) Phaedonem complures dialogos scripsisse scimus, quorum duo Zopyrus et Simo genuini putabantur. cf. Diog. L. II, 105: *διαλόγους δὲ συνέγραψε γνησίους μὲν Ζώπυρον, Σίμωνα . . .* cf. Wilamowitz, Herm. XIV, p. 476 s.

[4]) Zeller, I² p. 1062.

At nonne hoc loco habemus *Προδίκῳ τῷ Κείῳ*? Sane! Sed cum legamus *κρείσσω καὶ σοφώτερον Προδίκῳ τῷ Κείῳ*, auctorem non aperte proverbium afferre, sed ostendere voluisse arbitror, quomodo ortum sit. Deinde scriptum videmus: *θαυμάζω σὲ, εἰ . . . πάλαι μὲν Σωκράταν ἔπειθες . . . παρὰ σὲ καθέζεσθαι.* Ex his verbis, praecipue ex tempore imperfecto, concludi potest Socratem nondum mortuum esse. Sed scimus Aristippum post mortem demum Socratis Athenis profectum terras permigrasse. Atque in hac epistula est illum apud Dionysium in Sicilia ¦morari. Tum legimus . . . *ἔπειθες καὶ τὼς καλλίστως τῶν νέων . . . οἷον . . . Εὐθύδαμον τὸν Γλαύκωνος.* Si re vera ille Euthydemus fuit (Schleiermacher non putat et Grote negat eum omnino vixisse) [1]), verisimile est illum natu maiorem fuisse Socrate, qui ipse in Platonis Euthydemo (p. 271 C) dicit: *Πολλ' ἤδη ἔτη περὶ τούσδε τοὺς τόπους διατρίβει.* Et hic habemus *Σωκράταν καὶ τὼς καλλίστως τῶν νέων.* Certe auctor tantum viros maxime notos illius aetatis afferre volebat, praesertim cum ipsum Periclem commemoret. Miro modo Epicrates appellatur Sacesphorus. Equidem puto eum, qui hanc epistulam scripserit, non intellexisse, quid sibi vellet hoc cognomen neque scivisse hoc nomen illi a Platone comico per ludibrium datum esse, quod grandem barbam haberet [2]).

In sexta decima epistula Aristippus dicit se et Cleombrotum, cum Aeginae fuerint, de Socratis morte certiores factos esse, quae res legi poterat cum apud multos alios [3]) tum apud Platonem ipsum [4]).

De epistula undetricesima iam Bentley complura in medium protulit. Commemorantur duo uxores Socratis Xanthippe et Myrto [5]) et Berenice oppidum, quod nondum erat Aristippi temporibus. Verbis viri docti Britannici addo Aristippum narrare se, ut Cyrenas veniret Syracusis profectum in Lipara insula in morbum incidisse. Quo tandem modo, nisi tempestate delatus, id quod scriptorem, ut est loquax et garrulus, non omissurum fuisse puto, eo pervenire poterat, cum filia de consulto ei scripsisset, ut quam celerrime navi adveheretur? Certe auctori ignotum, erat, ubi illa insula sita esset.

---

[1]) cf. Natorp, Paul.-W. VI, 1, p. 1504.

[2]) Schol. Aristoph. Eccles. ad v. 71: *οὗτος μέγαν πώγωνα ἔχων ἐπεκαλεῖτο σακεσφόρος καὶ Πλάτων ὁ κωμικός φησιν· ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε.*

[3]) Diog.-L. II, 65; III, 36. Demetr. *περὶ ἑρμ.* 288.

[4]) Plat. Phaed. 59 C. [5]) cf. Zeller II, 1 [4], p. 412, adn. 2.

Dignus esse, qui afferatur, locus quidam huius epistulae mihi videtur, qui mirum in modum congruat cum verbis Diogenis Laertii. Ibi legimus (ep. XXIX, 2): *ῥᾷστα γὰρ ἂν οὕτως ἐξάγοις τὸ κατὰ τὸν βίον ὑπεροπτικὴ παντὸς οὖσα τοῦ πλέονος* hic (Diog.-L. II, 72): *τὰ ἄριστα ὑπετίθετο τῇ θυγατρὶ Ἀρήτῃ συνασκῶν αὐτὴν ὑπεροπτικὴν τοῦ πλέονος εἶναι.* Aut auctor noster hunc locum Diogenis exscripsit aut certe ambo ex eodem fonte hauserunt. Diserte autem addam haec verba a Diogene non ad epistulam quandam referri sed ad universam filiae educationem. Ille enim rerum scriptor epistulam ad Aretam filiam datam affert [1]), quae res, antiquis nota, causa has litteras substituendi fuit.

Etiam aliam rem memorabilem habet illa epistula. Attica enim dialecto scripta est, cum ceteras Dorica compositas esse videamus. Cuius rationis causam quaerentes fortasse afferre possumus veteres tradere Aristippum librorum alios Attica, alios Dorica dialecto scripsisse [2]), quod factum esse propter personas diversi generis Bentley recte iudicavit. At hanc certe epistulam confectam esse Dorica dialecto exspectare debemus, quod Arete a puella Cyrenae Dorice locuta erat. Praeterea scriptor sequitur auctorem, qui dicit philosophum illum in Lipara insula mortuum esse, id quod concludi potest ex verbis extremis: *ἐπειδὴ δὲ ἀναλύω* et ex universae epistulae sententiis. At eum Cyrenae scholam reliquisse, quae multo post eius mortem floruit, inter omnes constat [3]).

In his igitur epistulis, extrema excepta, quas Aristippus scripsisse dicitur, dialectum Doricam adhibitam esse videmus, sane quod Cyrene, qua in urbe philosophus ille natus erat, Dorice loquebantur. Haec Lacedaemoniorum colonia multo diutius quam alii, Siculi, Megarenses, Rhodii veterem dialectum conservavit [4]), id quod imprimis ex genitivo singularis numeri, qui in *-ω* cadit et ex accusativo pluralis secundae declinationis, qui in *-ως* terminatur, elucet [5]). Nostrarum quoque epistularum auctores praecepta huius regulae sequi volunt, nam scripserunt: *Ἐνεακρούνω* (IX, 2), *Προδίκω τῶ Κείω, Ξανθίππω* (XIII, 1), *αὐτῶ* (XVI). Maxime Doricam dialectum ab Ionica et Attica differre frequenti longi *ᾱ*

[1]) Diog.-L. II, 84: *Ἐπιστολὴ πρὸς Ἀρήτην τὴν θυγατέρα . . .*

[2]) Idem, II, 83: *ἐν ᾧ διάλογοι πέντε καὶ εἴκοσιν, οἱ μὲν Ἀττίδι, οἱ δὲ Ἰωνίδι διαλέκτῳ γεγραμμένοι.*

[3]) cf. Natorp, Paul.-W. II, 1, p. 903.

[4]) Thumb, Handbuch der griech. Dialekte, p. 135, 137.

[5]) J. Arens, De dialecto Sicula, p. 4.

pro η usu nemo nescit. Sed hac in re scriptores tantum progressi sunt et omnia ad unam formulam revocaverunt, ut etiam scripserint: χρήματος (IX, 2) et χρῆμα (XI), quod substantivum, cuius stirps antiquitus ad vocalem e redeat, vocalem η semper servavit [1]). Ipsa hac re intellegi potest eos, qui has epistulas composuerint, Doridem nisi ex libris grammaticorum non scivisse, quod multis aliis argumentis, quae deinceps afferam, confirmatur. Plurima menda facta esse mihi videntur in verbis, quae contracta vocantur. Veteres grammatici testantur vocales εε contrahi a severiore vel potius a vetustiore Doride in vocalem η [2]). At hic habemus: κακαδαιμονεῖν, φοβεῖται, αἰδεῖται (IX, 1), φρονεῖν, ἀδοξεῖν (3), ἀναζητεῖν (XI), φιλοσοφεῖν (XIII, 1), γυμνοποδεῖν (2), ἐδόκει, ἐπαινεῖτε (XVI). Neque formae ποιέων (IX, 2), δοκέων (3), ἐπαινῶ (XIII, 1), ποιῷ (2), ὁμολογῶν (2), rectae sunt, nam illi, qui hoc Doridis genere utuntur, vocales εω in ιω mutant [3]). Non minus peccatum est in coniugatione, quae in -ω cadit, sed licet infinitivos temporis praesentis, quos Doris severior in -ην terminat, solos afferre: τρέφειν (IX, 3), λέγειν ἢ γράφειν (4), διδράσκειν (XVI), cum de accentu saepius falso posito loqui nolim [4]). Ipsam illam regulam, secundum quam vocalis α in η commutatur, scriptores non semper respexerunt. Quater enim invenimus formam Ἀθῆναι (IX, 2; XI, 1; 2; XVI). Alia menda sunt haec: ὁσημέραι, ἐσθῆς, τῆς ὠμότητος, ἔφην (IX, 1) ἐπιδημοῦντες (3), στρατηγίαι (XIII, 1). Ne longus sim alia menda, quae multa repperi, tantum afferam et rectam formam addam.

I. Κακοδαιμονοῦμεν (IX, 1), ἐμάθομεν (XVI), ἔχομεν (XVI). [-μες].

II. Διονυσίου (IX, 1), ἐμαυτοῦ (3), σαυτοῦ (XIII, 2) [-ω]. ἐξουσία (IX, 4) [-ω-]. Κλεινίου (XIII, 1) [-α].

III. Εἶναι (IX, 2; XVI) [ἦμεν], εἰμὶ (IX, 2; 4) [ἠμί] [5]). ἦσαν (XIII, 1) [ἦν], ἦν (XIII, 1) [ἦς], εἶ [ἔσσι], εἰσὶ [ἔντι vel ἔοντι] (XIII, 1).

IV. Ἦκον (IX, 2), ἥκοντες (XI) [ἵκω].

V. Ἔτη (IX, 3), σκύτη (XIII, 1) [-εα].

VI. Εἷς (IX, 2; 4; XIII, 2) [ἕνς].

VII. Γέ (IX, 4; XI; XIII, 1) [γά].

---

[1]) H. L. Ahrens, De dialecto Dorica, p. 131.
[2]) Idem, p. 307. [3]) Idem, p. 207. [4]) Idem, p. 306.
[5]) Idem, p. 156.

VIII. *Εἰ* (XI; XIII, 1; 1; XVI bis) [*αἰ*], *ἂν* (IX, 4; XIII, 1; 2; XVI) [*κά*], *οὖν* (XIII, 2; XVI) [*ὦν*].

IX. *Προσιέναι* (IX, 4) [*-μεν*].

X. *Γεγονέναι* (XIII, 1; XVI) [*-ειν*].

XI. *Σὲ* (XIII, 1 quinquies) [*τὲ*], *σοὶ* (XIII, 2 bis) [*τὶν*], *σοῦ* (XIII, 2) [*τέος, τέο, τέους, τέου,* alia] *σὺ* (XIII, 2) [*τὺ*], *ὑμᾶς* (XVI) [*ὑμέ*].

XII. *Πράττει* (XIII, 1; 2) [*πράσσει*].

XIII. *Τότε* (XIII, 1) [*τόκα*], *ὁτῳδήποτε* (XVI) [*-οκα*].

XIV. *Δεχόμενος* (XIII, 2) [*δεκ-*].

Apte fortasse addo coniunctionem *ὡς* apud Dorienses omnino fere non usurpari. Bis est apud Pindarum et Bachylidem, cum in inscriptionibus veterum temporum desit [1]). At his in epistulis quinquies legimus: *ὥς τινα* (IX,1), *ὡς πρέπει* (2), *ὡς, εἰ* (XIII, 1), *οἶσθα, ὡς* (2), *ὡς ἔχομεν* (XVI).

Videmus igitur scriptores dialectum Doricam neque novisse neque fuisse homines litteris eruditos aut de industria has epistulas adulterare et Aristippo substituere voluisse.

Agam nunc de iis epistulis, quae ad Xenophontem referuntur. Quarta decima Aeschines Socratis discipulus amicusque Xenophonti nuntiat, quae Socrati in iudicio et iam morituro contigissent. In media paragrapho tertia scriptum videmus orationem in iudicio adversus Socratem ab Anyto habitam a Polycrate logographo compositam esse [2]). Quem errorem antiquis temporibus longe lateque diffusum fuisse inter omnes constat. Originem huius opinionis deducendam esse puto ex ea re, quod illa declamatio in postera saecula conservata est. Quin ipse Hermippus illam orationem re vera in iudicio habitam esse existimaverit, ei non dubium esse potest, qui legerit apud Diogenem Laertium (II, 38): *Συνέγραψε δὲ τὸν λόγον Πολυκράτης ὁ σοφιστὴς, ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἢ Ἄνυτος ὥς τινες.* Hoc loco Diogenes iam dubitat de auctore illius orationis in iudicio habitae atque etiam dicit in paragrapho insequenti: *Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων μὴ εἶναι ἀληθῆ τὸν λόγον Πολυκράτους κατὰ Σωκράτους· ἐν αὐτῷ γάρ φησιν μνημονεύει τῶν ὑπό Κόνωνος τειχῶν ἀναστηθέντων, ἃ γέγονε ἔτεσιν ἓξ τῆς Σωκράτους τελευτῆς ὕστερον.* Themistium credidisse illam Polycratis orationem re vera apud iudices

[1]) W. Brandt, Griech. Temporalpartikeln vornehmlich im jonischen und dorischen Dialekt, p. 50.

[2]) cf. Bentley(-Ribbeck), p. 544 s.

habitam esse ex loco quodam orationum eius apparet (XXIII, 296 C), quo legimus: *Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν οἱ δικασταὶ ὑπ' ἀγνωμοσύνης τὸ παραυτίκα ἐξηπατήθησαν καὶ ἐγοητεύθησαν ὑπὸ τοῦ λόγου ὃν συνέγραψε Πολυκράτης, Ἄνυτος δὲ ἐμισθώσατο.* Simili modo scriptum habemus apud Suidam sub voce *Πολυκράτης· Πολυκράτην τοὺς κατὰ Σωκράτους λόγους δύο Ἀνύτῳ καὶ Μελήτῳ γράψαι.*

Alios locos [1]), quos allatos inveni non commemorabo, quod, quamquam probant illum rhetorem Socratis accusationem scripsisse, ibi non perspicuum dictum est Anytum illa in iudicio usum esse. Iam satis apparet ex illis locis Themistii et Suidae hanc ipsam opinionem pervulgatam fuisse. At quin falsa sit, nemini dubium est. Neque enim habemus, cur Favorini testimonio diffidamus. Deinde verisimillimum est Xenophontem eodem anno vel paulo post quam moenia longa restituta essent, ex Asia in Graeciam reversum commentarios scripsisse, ut Polycratem refelleret, qui Socrati mortuo maxima crimina obiecisset, id quod Cobetus primus contendit [2]). Quamquam de hac quaestione magna contentio inter viros doctos orta est, tamen Christium sequi possumus dicentem [3]): Dieses Verhältnis, daß unter dem *κατήγορος* nicht Meletos, sondern Polycrates zu verstehen sei, wurde zuerst richtig erkannt von C. G. Cobet und gegen die Einwände von L. Breitenbach, Jahrb. f. kl. Phil. 99 (1869), 801 ff. siegreich verteidigt von K. Schenkl, Xen. Studien II, 1 ff. Ins Gewicht fällt namentlich die gegen die Heranziehung des Kritias und Alkibiades gerichtete Abwehr mem. I, 2; 12, da für diese Polycrates (Isocr. Bus. 5) den Socrates verantwortlich gemacht hatte, eine Ansicht, die beim attischen Publikum Erfolg gehabt hat (Aeschin. or. I, 173) [4]). At Isocrates ipse dicit Socratem si viveret, Polycrati gratias relaturum esse, quod tales ineptias scripsisset [5]).

[1]) Quint. Inst. or. II, 17, 4: Equidem illos qui contra disputant, non tamen sensisse, quod dicerent, quam exercere ingenia materiae difficultate credo voluisse, sicut Polycrates . . . composuisse orationem, quae est habita contra Socratem, dicitur. Aelian. var. hist. VI, 10: *Ζωΐλος Πολυκράτους μὲν ἀκουστὴς ἐγένετο. οὗτος δὲ Πολυκράτης καὶ τὴν κατηγορίαν ἔγραψεν τὴν κατὰ Σωκράτους.* [2]) Cobet, Nov. lect., p. 662 ss.

[3]) Christ-Schmid, Geschichte d. griech. Lit.[5], p. 480.

[4]) cf. etiam Hirzel, Polycrates' Anklage und Lysias' Verteidigung des Socrates. Rh. M. XLII (1887), p. 239 ss.

[5]) Isocr. XI, 5: *τοιγαροῦν, εἰ γένοιτ' ἐξουσία τοῖς τετελευτηκόσιν βουλεύσασθαι, περὶ τῶν εἰρημένων, ὁ μὲν [Σωκράτης] ἦν σοὶ τοσαύτην ἔχοι χάριν ὑπὲρ τῆς κατηγορίας, ὅσην οὐδεὶς τῶν ἐπαινεῖν αὐτὸν εἰθισμένων.*

Etiam nonnulla alia argumenta afferam, quae probant, quam stulte haec epistula conscripta sit. Ineunte epistula Aeschines queritur, quod Xenophon non Athenis fuerit, sed Spartae. Nemo autem ignorat Xenophontem anno 399 in Asia fuisse et quinque demum annis post quam Socrates mortuus esset, in Graeciam revertisse. Deinde legimus Gryllum Xenophontis puerum vel potius eos, qui cum illo fuerint, patrem iam de morte philosophi certiorem fecisse. At illum tum neque liberos neque uxorem habuisse inter omnes constat [1]). Atque in fine paragraphi octavae scriptum videmus: *οὐ γὰρ ἀφῖκτο [τὸ πλοῖον τὸ εἰς Δήλιον πεμπόμενον κατ' ἔτος] ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας καὶ οὐκ ἦν τινα τελευτᾶν δημοσίᾳ, ὥσπερ οἶσθα· ἱεραὶ γὰρ ἦσαν.* Quae tria verba nemo Xenophontis aequalium scribere poterat. Nam ipse non nesciebat illos dies sacros esse. Miram etiam causam affert, qua Socrates commotus sit, ut Aesculapio gallum sacrificaret. Ipsum audias: *ὀφείλειν γὰρ αὐτῷ κατ' εὐχήν τινα, ὁπότε ἠσθένει ἀφικόμενος ἀπὸ τῆς ἐν Δηλίῳ μάχης.* Quis est tam stultus, ut putare possit Aeschinem tantas ineptias scripsisse neque novisse veram causam galli sacrificandi, cum ipse amicissimus magistri fuerit [2]). Denique non arbitror Anytum sic se gessisse in iudicio, ut ei obicitur. Legimus enim (3) . . . *ὃν ἐκεῖνος ὥσπερ ἐν διδασκάλου παῖδες τὰς ῥήσεις λέγοντες ἀναβὰς ὁπότε κατηγόρει, ἐδεδίει τε καὶ ἀπεστρέφετο καὶ ἀπελανθάνετο καὶ ἄλλοι αὐτῷ ὑπέβαλον καὶ κακὸν κακῶς ἄνω τε καὶ κάτω αὐτόν τε καὶ τὸ σύγγραμμα ἐπιτρέψας κατέβη.* Num putas illum Anytum, hominem in civitate potentissimum [3]), hoc modo orationem habuisse apud iudices, quorum multos a Socratis parte stare haud ignorabat atque apud adversarios litterarum peritissimos? Talem adversarii imaginem distortam Aeschinem, cuius genus scribendi elegantissimum erat [4]), et qui arte mores et loquendi consuetudinem hominum exponendi ceteris praestabat [5]), non expressurum fuisse puto; nam ita illum virum eludere non poterat hoc loco, quo scribit de iudicio et morte magistri.

Litteris, quae succedunt, Xenophon narrat Gryllum filium, de quo supra locuti sumus et comites eius sibi de morte Socratis

---

[1]) Cobet, Nov. lect., p. 676.

[2]) Plat. apol. 33 E; Phaed. 59 B; Diog.-L. II, 34; 60; III, 36; Sen. de benef. I, 8.

[3]) Isocr. XVIII, 23: *Θρασύβουλος καὶ Ἄνυτος μέγιστον μὲν δυνάμενοι τῶν ἐν τῇ πόλει.*

[4]) Welcker, Kl. Schriften, I, p. 412. [5]) Diog.-L., II, 61.

rettulisse. Famam probissimi viri iniuste capitis damnati iam usque ad Lacedaemonicos pervenisse. At Xenophon tum non erat Lacedaemone, sed in Asia commorabatur. De militibus mercenariis scribere non poterat: *Οἱ Λακεδαιμόνιοι δεινὸν ποιοῦσιν καὶ κακίζουσιν τὸν δῆμον ἡμῶν,* cum eorum, quorum parva pars Lacedaemonii erant, non multum interesset Socratem mori. Tamen legimus: *Τὸ γὰρ πάθος ἤδη ἄχρι καὶ δεῦρο δῆκται.* Deinde dicit Xenophon se quoque dicta et facta magistri „litteris consignare" debere et hanc optimam defensionem illius futuram esse. Quibus verbis designari videtur Xenophontem iam de componendo libro, qui *ἀπολογία* inscribitur, cogitasse. Sed illud opus, quod a multis viris doctis spurium habetur, post annum demum 394 scriptum est, cum Polycrates sophista accusationem Socratis edidisset. Eodem igitur anno, quo philosophus mortuus est vel paulo post Xenophon illis verbis non poterat uti neque iis, quae sequuntur, quibus dicit se iam Platonis librum eius generis vidisse, cum huius viri apologia circa annum 393 confecta sit. Ceterum Xenophon illum librum Megarae evolvere non poterat, nam eum compluribus annis post ex Asia redisse omnes sciunt [1]). Antequam autem ille cum exercitu proficisceretur, Socrates nondum mortuus erat neque Plato, ut fit in extrema epistula, *ποιητής* appellari poterat, quod omnino nihil scripserat.

Non pauca dicenda sunt de epistula septima decima. In secunda paragrapho Athenienses Socratis accusatores in iudicium vocatos capitis damnavisse feruntur, quod falsum esse iam Bentley cognovit. De iis rerum scriptores varia memoriae prodiderunt. Apud Diogenem Laertium scriptum videmus (II, 43): *καὶ τοὺς μὲν ἐφυγάδευσαν, Μελήτου τε θάνατον κατέγνωσαν . . . Ἄνυτόν τε ἐπιδημήσαντα αὐθημερὸν ἐξεκήρυξαν Ἡρακλεῶται.* At Plutarchus in eo libro, quo de ira loquitur, exhibet [mor. p. 538 A]: *Τοὺς γοῦν Σωκράτη συκοφαντήσαντας, ὡς εἰς ἔσχατον κακίας ἐληλακότες, οὕτως ἐμίσησαν οἱ πολῖται καὶ ἀπεστράφησαν, ὡς μήτε πῦρ αὖειν, μήτ' ἀποκρίνεσθαι πυνθανομένοις, μήτε λουμένοις κοινωνεῖν ὕδατος, ἀλλ' ἀναγκάζειν ἐκχεῖν ἐκεῖνο τοὺς παραχύτας ὡς μεμιασμένον, ἕως ἀπήγξαντο μὴ φέροντες τὸ μῖσος.* Quam narrationem non veram esse neque fontibus niti satis apertum est propterea, quod omnia ea de causa allata sunt, ut demonstretur, quo is, qui omnibus hominibus odio sit, perveniat. Sed videamus, quid Themistius scripserit (XX,

[1]) Rehdanz, Xen. anab. ed. p. 34.

239 C): *Δίκην ἐπράξαντο Μέλητον τῆς δίκης ἐκείνης καὶ ἔφυγεν αὐτὸς ἐκ τοῦ ἄστεος καὶ Ἄνυτον κατέλευσαν διὰ Σωκράτην οἱ Ἡρακλεῶται οἱ ἐν τῷ Πόντῳ καὶ νῦν δείκνυται Ἀνύτου αὐτόθι σῆμα ἐν τῷ προαστείῳ οὐ μακρὰν θαλάσσης, οὗπερ καὶ ἔβαλλον τὸν Ἄνυτον οἱ Ἡρακλεῶται.*

Fortasse hoc unum verum est apud quendam veterum scriptorum fuisse Anytum Heracleam fugisse, cum de Meleto nihil certi statui posset, qua de causa alius aliter narrat. Idem autem, quod auctor noster scripsit, habemus apud Diodorum Siculum (XIV, 37): *Ἀδίκου δὲ τῆς κατηγορίας γενημένης ὁ δῆμος μετεμελήθη τηλικοῦτον ἄνδρα θεωρῶν ἀνηρημένον· διόπερ τοὺς κατηγορήσαντας δι' ὀργῆς εἶχε καὶ τέλος ἀκρίτους ἀπέκτεινεν.* Quare existimem scriptorem Diodorum ipsum vel eius auctorem Ephorum secutum esse.

Paulo infra legimus narratiunculam adulescentis cuiusdam Lacedaemonii. Hunc adductum amore Socratis, quem antea nunquam vidisset neque nisi fama cognovisset, Athenas venisse. Ad portas autem de morte illius certiorem factum ad tumulum se contulisse ibique totam noctem mansisse. Hanc esse fabulam facile intelligimus. Nam cum animi plurimorum Atheniensium in Socratem exasperati essent, periculosum erat tantum temporis in sepulcro eius commorari, de quo publice supplicium sumptum erat. Ac non arbitror iam Socrati monumentum factum esse, quocum ille adulescens colloqui posset, ut est in epistula Complures autem dies non praeterierant, quod hoc tempore iam nuntium Socratis mortui homo, qui Socratem adeo diligebat, sine dubio accepisset.

Fontem duarum epistularum, quae subsequuntur, quibus amicos, ut se visitarent, invitat, statuere possumus quintum librum Anabaseos (V, 3, 7; 9 ss.). Quo loco eodem modo atque in epistula narrat Xenophon se Dianae templum aedificavisse, cuius diem festum quotannis agat. Etiam venationi optime se operam dare posse in ea regione, ubi habitet. Ipsum Aristippum iam ibi fuisse. Sed hunc philosophum Xenophontis inimicum fuisse scimus [1]) et illud templum Dianae non situm erat in Laconia, ut est in epistula, sed in Elide prope Scyllum vicum [2]).

Vicesima praetereunda est, cum neque a quo neque ad quem data sit cognoscere possimus et quod nihil memorabile continet.

[1]) Xen. mem. II, 1; Diog.-L. II, 65; cf. Natorp, Paul.-W. II, 1, p. 903; Bentley(-Ribbeck), p. 549.

[2]) L. Weniger, Jahrb. f. d. kl. A. 19 (1907), p. 96 ss.

Epistula vicesima prima Xenophon Xanthippen, uxorem Socratis, consolatur. *Τῶν δὲ πολλῶν σοι δακρύων ἅλις.* Scripta igitur esset non multo post mortem philosophi, si esset vera. Sed tum Xenophon in Asia non Megarae erat. Quam ut epistulam componeret, scriptor adductus est ea re, quod sciebat ceteros discipulos magistro mortuo Megaram ad Euclidem fugisse et quod, cum adhortetur Xanthippen, ut pueros Megaram ire sineret, Euclidem ipsum saepe noctu ad Socratem venisse nos admonere volebat. In extrema parte Apollodorus, cui a Platone (Sympos. 173 D) cognomen *μανικός* datum est, appellatur *μαλακός*. Allatius scripsit secutus Platonem *μανικός*. Mea autem sententia scriptor, cum illud adiectivum non intellegeret, re vera *μαλακόν* Apollodorum nominat [1]).

In epistula insequenti ad Cebetem et Simmiam scripta Xenophon dicit memorabilium nihil tam perfectum esse, ut aliis legendum dare possit. Platonem vero iam tota Sicilia et Italia notum et clarum esse. At prima pars memorabilium anno 390 confecta erat et Plato primum anno 388 in Siciliam venit. Ceterum non est verisimile Xenophontem illum librum Thebis composuisse [2]).

Ex vicesima secunda cognoscimus, quo modo Aeschines commendatus sit Dionysio. Platonem Aristippi inimicum esse. Aeschinem tyranno unum ex dialogis praelegisse. Qua re illum delectatum Aeschinem oravisse, ut sibi alios dialogos mitteret. Cum in libris Diogenis Laertii similia inveniamus [3]), ambos ex eodem fonte hausisse censeo.

De epistula vicesima quarta Bentley iam satis multa protulit et duo, quae succedunt, nihil continent dignum, de quo agatur.

Litterae subsequentes ostendunt Phaedrum Socrati maxime deditum fuisse et una cum Lysia et Alcibiade, qui sibi invidissent, in Lyceo et in Academia fuisse. Lysias natus circa annum 445, postquam puer sedecim annorum Thurios migravit, anno 412 Athenas revertit. Sed Alcibiades fortasse post annum 429 cum Socrate non iam erat [4]), quod Pericle mortuo in re publica versabatur [5]). Ille anno 415 in Siciliam profectus, cum paulo post revocatus esset, Thuriis e nave effugit et anno 408 Athenas

[1]) Christ-Schmid [5], p. 482. [2]) Bentley(-Ribbeck), p. 549.

[3]) Diog.-L. III, 36: *εἶχε δὲ φιλέχθρως ὁ Πλάτων καὶ πρὸς Ἀρίστιππον.* II, 61: *φασὶν δ' αὐτὸν δι' ἀπορίαν ἐλθεῖν εἰς Σικελίαν πρὸς Διονύσιον καὶ . . . ὑπὸ δ' Ἀριστίππου συστῆναι. Λόντα δέ τινας τῶν διαλόγων δῶρα λαβεῖν.*

[4]) Zeller II, 1 [4], p. 198 adn. [5]) Töpfer, Paul.-W. I, 2, p. 517.

rediit. Sed iam paucis mensibus post urbem rursus reliquit neque unquam revertit. Quae cum ita sint, cum Lysia otio frui et philosophiae operam dare non poterat.

Epistula duodetricesima nos docet Platonem tota Aegypto permigrata in Saïtico *νομῷ*, qui vocatur, morari et viros doctos, qui ibi essent, interrogare, quid iis videtur de „universitate rerum". Deinde scriptor narrat Pythagoram ipsum a viris doctis Heliopolitanis physicam, geometriam, arithmeticam didicisse. Pythagoram in Aegypto fuisse primus dicit Isocrates (Bus. 11, 28), sed nihil nisi eum ibi fuisse. Callimachus (ap. Diod. Exc. Vat. VII—X, 35) eum ab Aegyptiis geometriam discentem fingit. Et cum posteriores de hac peregrinatione illius philosophi magis magisque commenti sint, has ipsas res allatas recentioris aetatis esse arbitror. Platonem in Saïtico praefectura fuisse scriptor ex libro, qui Timaeus inscribitur (21 E) repetivisse videtur, quo loco ille *νομός* describitur. Ibi Plato didicisse dicitur, *ὅπως* [*τὸ σύμπαν*] *ἐγένετο καὶ ᾧ λόγῳ νῦν τὴν πᾶσαν κίνησιν ἔχει κατὰ μέρος καὶ κατὰ τὸ ὅλον.* Etiam haec sumpta sunt ex illo loco Timaei, ubi de mundo et de mundi anima agitur. Sed Platonem hanc de mundo sententiam ab Aegyptiis didicisse non est verisimile et illam rem posterioribus temporibus inventam esse existimo. Tum auctor Platonem orat, ut sibi nonnulla scribat *περὶ τῶν ἐγχωρίων θεαμάτων καὶ τῆς περὶ ταῦτα μεγαλουργίας τομάς τε λίθων εἰς ἄπλετόν τι μέγεθος ἐγηγερμένας καὶ ἐργασίας αὐτῶν ἀνδρεικέλους τε καὶ εἰς τὰ ἄλλα ζῷα ἀπεσχηματισμένας τέχνῃ τε παλαιᾷ καὶ οὐκ εἰς τὸν τρόπον τὸν Ἑλληνικὸν καὶ ἃ τῶν ἄλλων πάλιν τεχνημάτων πολυμόρφων ζῳδίων ἐπιδείκνυται τὴν ἰδίαν φύσιν καὶ ἄσκησιν ἀκεκτονοίαν τῆς ἐπινοίας τῆς ἐν τοῖς γενομένοις. Ἄσμενος δ' ἂν καὶ αὐτὸς τῶν πυραμίδων κατεῖδον τὸ μέγεθος καὶ τὴν Μέμφιν καὶ αὐτήκοος ἐγενόμην τοῦ ἱεροῦ λόγου καὶ τῆς παγκάλης τοῦ Νείλου θέας αἱ διερχομένου δὲ τὴν Αἴγυπτον καὶ ἐπισχόμενα τῇ πλημμυρίδι κατὰ τὴν εἰς τούμπαλιν ἀπόρροιαν αὐτοῦ.* Hoc modo in epistula nemo scribere potest nisi rhetor quidam, qui de omnibus rebus magnis Aegypti se audivisse gloriatur.

Venio nunc ad tricesimam, quae est longissima et gravissima omnium. Haec epistula, quod verba eius [1]) cum loco quodam Athenaei (506E) [2]), ex Speusippi epistula allato, congruere viden-

[1]) ep. XXX, 12: *ὥσπερ οὐ Πλάτωνος τὴν ἀρχὴν τῆς ἀρχῆς κατασκευάσαντος.*

[2]) *ὥσπερ „ἀγνοοῦντος τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς βασιλείας Φίλιππος διὰ Πλάτωνος ἔσχεν".*

tur ab omnibus fere viris doctis priorum temporum, quorum in numero primus Leo Allatius nominandus est et nonnullis nostrorum genuina esse iudicatur. Re vera commemorat Diogenes Laertius (IV, 5) epistulas Speusippi, sed non dicit, utrum verae sint necne; neque certum est illa verba fuisse in epistula a Speusippo ad Philippum data [1]). Epistulam veram esse contendunt Boenecke [2]) et Blass [3]), cum Wilamowitz non pro certo affirmare audeat, utrum vera an ficticia sit [4]). v. Scala [5]) epistulam scriptam esse Theopompo vivo putat et Susemihl [6]) secutus Thielium dicit primis Alexandrinorum temporibus compositam esse. Dümmler [7]) denique censet epistulam, quamquam non veram, tamen ex genuina excerptam esse. Ipse Ritter [8]) qui proximo anno nonnulla de hac et de iis, quae in codicibus ei succedunt, protulit, nihil certi statuere ausus est. Omnes autem hac in re inter se consentiunt illas litteras copiam rerum gravissimarum continere. Meum iudicium, ut iam nunc dicam, hoc est. Epistula declamatio recentioris cuiusdam rhetoris est, qua quinta Isocratis oratio, quae Philippus inscribitur, perstringitur et quae in epistulae formam redacta est. Quam formam ut efficiat, commendat scriptor Philippo amicum, cui est nomen Antipater et dicit illum Isocratis orationem quintam, cum in „coetu familiarum perlustrata“ sit, vituperavisse, quod beneficia a regibus Macedonum Graeciae tributa omiserit, et ipsum Antipatrum in operibus suis demonstravisse agros Olynthiorum, cum antiquis temporibus non Chalcidensium, sed Heraclidarum fuerint, iure a Macedonibus occupandos esse. Hic Antipater nobis omnino ignotus est. Ille enim, de quo Blass [9]) cogitat, filius Jollae, qui postea dux Philippi et Alexandri fuit, non esse potest. Nam cum Philippo commendetur, huic nondum notus erat Isocrates autem orationem, ad quam haec epistula refertur, anno 346 ad Philippum misit. Sed eodem anno [10]) Antipater una cum Parmenione

[1]) Susemihl, Alexandr. Lit., II, p. 587, adn. 28.
[2]) Dem. 1, 442. [3]) Att. Beredsamkeit, II², p. 68.
[4]) Antig. v. Kar., p. 182, adn. 3.
[5]) Isocrates und die Geschichtsschreibung, p. 112, adn. 3.
[6]) Alexandr. Lit., II, p. 482, adn. 93 i.
[7]) Kl. Schriften, I, p. 121.
[8]) Neue Untersuch. über Plato, p. 389 ss.
[9]) Att. Beredsamkeit, II², p. 68.
[10]) a. d. XVII. et XVI. Kal. Maias; cf. Schaefer, Demosthenes und seine Zeit, II², p. 224.

iussu Philippi cum Atheniensibus de pace egit[1]). Rex vero, ut tam gravem pacem, qua bellum undecim annos inter Athenienses et Philippum gestum compositum est, faceret, principes regni familiaresque miserat. Et si Suidae, qui narrat Antipatrum librum de Perdiccae in Illyria rebus gestis scripsisse, fides est, iam sub illo maiore Philippi fratre summum locum obtinuit[2]). Attamen auctor fortasse hunc imperatorem significare volebat, praesertim cum Suidas dicat de eo: *κατέλιπεν ἐπιστολῶν σύγγραμμα ἐν βυβλίοις δυσὶ καὶ ἱστορίαν τὰς Περδίκκου πράξεις Ἰλλυρικάς* et auctor ipse Antipatrum rerum scriptorem appellet. Deinde non puto hominem Atheniensem ita blande scribere potuisse ad Philippum, qui tot et tantis iniuriis urbem patriam bello undecim annorum affecerat, ut Isocratem ipsum, qui, cum Philippo deditissimus esset, alterius factionis, quae quam celerrime pacem facere volebat, princeps erat, vituperaret, quod Philippum et eius maiores non satis laudavisset, quamquam a multis Philippi amicitia Isocrati crimini dabatur. Etiam propinquitatem inter Philippum et Athenienses auctor ostendere studet idque hoc modo! Ex ipsis rebus fabulosis, quae plus dimidiam partem implent, iam intellegi potest a rhetore quodam conscriptam esse. Herculem, cum Eleusine initiari voluerit mysteriis a Pylio adoptatum esse narrant cum Plutarchus[3]), tum auctor, qui falso Apollodorus nominatur, cuius verba maxime, cum trium formarum tempora commutamus, mirum in modum cum verbis epistulae congruunt, ut suspicer scriptorem illius libri locum vel eius fontem exscripsisse. Haec sunt verba epistulae: *Ἡρακλῆς γὰρ ὄντος νόμου τὸ παλαιὸν ἡμῖν μηδένα ξένον μυεῖσθαι βουληθεὶς μυεῖσθαι γίνεται Πυλίου θετὸς υἱός*, cum habeat Apollodorus (II, 5, 12): *Ἦλθε πρὸς Εὔμολπον εἰς Ἐλευσῖνα βουλόμενος μυηθῆναι, ἦν δὲ οὐκ ἐξὸν ξένοις τότε μυηθῆναι, ἐπειδήπερ θετὸς Πυλίου παῖς γενόμενος ἐμυεῖτο.* Et cum animum adverteris ad diversam collocationem verborum, qua scriptor de consulto usus esse videtur (*θετὸς Πυλίου παῖς γενόμενος*: *γίνεται Πυλίου θετὸς υἱός*) et intellexeris etiam locum eorum verborum, quae causam non initiandi exprimunt, commutatum esse, facile mihi assentieris. Quid? Quod

[1]) Dem. XIX, 69: *Καὶ ὁ μὲν Ἀντίπατρος καὶ ὁ Παρμενίων δεσπότῃ διακονοῦντες καὶ οὐ μέλλοντες ὑμῖν μετὰ ταῦτ' ἐντεύξεσθαι, ὅμως τοῦτ' εὕροντο, μὴ δι' αὐτῶν ὑμᾶς ἐξαπατηθῆναι.*

[2]) cf. Kaerst, Philol. LI, p. 620; Paul.-W. I, 2, p. 2502.

[3]) Thes. XXXIII: *καὶ τοῦτο οὖν ὑπῆρξεν αὐτοῖς Ἀφίδνου ποιησαμένου παῖδας ὡς Πύλιος Ἡρακλέα.*

legimus Alexandrum, unum ex Philippi maioribus, legatis Xerxis, qui aquam et terram postulavissent, interfectis Graecos magno beneficio affecisse, in hac sententia magnus error est. Nam illi Persae non Xerxis iussu in Macedoniam venerunt, sed Darei, ut Herodotus momoriae prodidit, qui dicit (V, 17): *Μεγάβαζος . . . πέμπει ἀγγέλους ἐς Μακεδονίαν ἄνδρας ἑπτὰ Πέρσας . . . ἐπέμποντο δὲ οὗτοι παρὰ Ἀμύντην αἰτήσοντες γῆν τε καὶ ὕδωρ Δαρείῳ βασιλεῖ.* Xerxes anno 485 regnum Persarum occupavit, postquam Dareus triginta sex annos regnavit. Et Amyntas, quo dominante ille Alexander legatos Persarum interfecit, iam circa annum 498 mortuus est. Ceterum Amyntas multo ante annum 500 postestati Megabaci se subiecerat[1]). Ac putamus Speusippum virum eruditissimum Xerxem cum Dareo confudisse? Quid tandem fecit Alexander? Nihil nisi honorem servavit. Nam cum Persae, ut libidinem explerent, virgines exposcerent, ab Alexandro adulescente Amynta patre inscio atque invito necati sunt. Quae res, quantum in periculum illum induxerit, ex eo intellegimus, quod, ut Bubarem, qui, ubi legati essent, perscrutaretur, placaret, ei sororem in matrimonium dedit et magnam pecuniam donavit[2]). Hoc igitur non magnum erga Graecos beneficium erat neque Isocrati, qui id in oratione omisisset, crimini dari poterat. Tum legimus Graecos Persis Graeciae bellum inferentibus ab Alexandro servatos esse, cum proditionem Aleuae Thessalorumque iis nuntiavisset. Quod non verum est, si Herodoto fides habenda est. Audiamus ipsum (VII, 172 s.): Aleuades primi Xerxem populo invito secuti erant. Qua de causa Thessali ad Graecos, qui in Isthmum convenerant, legatos miserunt, qui orarent, ut illi aditum Thessaliae prope Olympum montem custodirent[3]). Sed cum Graeci inter Olympum et Ossam montes considerent, Alexander ingenti exercitu Persarum appropinquante iis suasit, ut pedem referrent, ne a multitudine hostium protererentur[4]). Vides igitur verba epistulae: *Ἀλεξάνδρου δὲ τὴν Ἀλεύου καὶ Θετταλῶν προδοσίαν τοῖς Ἕλλησι μηνύσαντος ἀναζεύξαντες οἱ Ἕλληνες δι' Ἀλεξάνδρου ἐσώθησαν* rebus re vera gestis non respondere. Neque minus suspiciosa est alia res. Auctor noster scripsit: *Τίς γάρ ἂν οὕτως εὐήθη σε νομίσειεν, ὥστε σοι πολε-*

[1]) cf. Kaerst, Paul.-W. I, 2, p. 2006.

[2]) Herod. V, 17-21; Justin. VII, 3.

[3]) *δεῖ φυλάσσεσθαι τὴν ἐσβολὴν τὴν Ὀλυμπικὴν . . . οἱ δὲ Ἕλληνες πρὸς ταῦτα ἐβουλεύσαντο ἐς Θεσσαλίην πέμπειν κατὰ θάλασσαν πεζὸν στρατὸν φυλάξοντα τὴν ἐσβολήν.* [4]) *σημαίνοντες τὸ πλῆθός τε τῆς στρατιῆς καὶ τὰς νέας.*

μούντων Ἰλλυριῶν καὶ Θρᾳκῶν ἔτι δὲ Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων καὶ ἄλλων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων πόλεμον πρὸς Ὀλυνθίοις ἐξενεγκεῖν; Quo tandem anno illae gentes cunctae arma ferebant contra Macedones? Inter Athenienses sane et Philippum bellum inde ab anno 357 erat [1]). Plurimae gentes autem uno anno post contra Philippum pugnabant, qui annus hac epistula designari posset, nisi legeretur: *ἀλλὰ τὰς διαβολὰς ἐνῆν λῦσαι τὰς τὸ πλεῖστον ὑπ' Ὀλυνθίων γινομένας* [2]). Ex hoc tempore praesenti mihi elucere videtur eodem anno, quo Isocrates orationem scripserit, Olynthios Philippum criminationibus insectatos timuisse, ne sibi ab illo bellum inferretur. At iam anno 347 oppidum eorum captum erat [3]). Sparta autem et reliquae urbes Graeciae ante annum 346 nunquam cum Macedonibus bellum gesserunt et Athenienses ipsi tum, cum Isocrates orationem, de qua agitur, composuit, iam cum illis pacem fecerant.

Sequitur satis longa narratio rerum fabulosarum, qua probetur agros circa Amphipolim, Pallenam, Toronam sitos non Atheniensium et Amphipolitarum sed Macedonum esse, cum Hercules, auctor generis regii Macedonum, illos expugnaverit. Qua in re accidit scriptori, ut dicat nonnullas urbes iam Herculis temporibus fuisse, quae re vera septimo et sexto saeculo conditae sunt [4]). Sed quoniam etiam alias fabulas Herculis facinorum allatas esse videmus, quae ad regnum Macedonum omnino non pertinent, suspicari licet scriptorem scientiam tantum ostentare voluisse. Ceterum has fabulas omnes fere ex libris Herodoti, Ps.-Apollodori, Diodori novimus et reges Macedonum ab Hercule oriundos esse cum multi alii tum Isocrates ipsa in oratione ad Philippum missa commemorat (V, 115) [5]) [6]).

---

[1]) Schaefer II[2], p. 22 ss.

[2]) Haec forma non commutanda est in *γενομένας*. Nam auctor dicit ipse se hanc rem non tractare velle, cum omnibus in promptu esset neque Isocrati crimini dare poterat, quod illud omisisset, cum re vera Philippus Olynthios subegisset. [3]) Schaefer II, p. 22 ss.

[4]) Toronam coloniam Chalcidensium octavi saeculi esse tradit Diodorus, XII, 68 (cf. Herod. VII, 22) et Potidaea post annum 600 condita est. Busolt, Griech. Gesch. I[2], p 650 et 638, adn. 1

[5]) cf. Schaefer, Histor Taschenbuch, 6. F. 3, p. 3. Abel, Macedonien vor König Philipp, p. 92. Droysen, Alexander I[2], p. 67 ss.

[6]) Is, qui epistulam, quam Isocrates ad Archidamum scripsisse dicitur (cf. Wilamowitz, Arist. u. Athen, II, p. 394), composuit, simili modo Herculem auctorem Spartiatarum esse fingit (ep. IX, 3 ss.). [cf. Dümmler, Kl. Schriften, I, p. 121].

Quibus rebus longe lateque expositis auctor docet Philippum nonnullos imitatum esse, qui aliarum gentium suffragia Amphictyonum, postquam ab Apolline et Hercule vel ab Amphictyonibus ipsis deleti sint, acceperint. Eum enim duo suffragia Phocensium tulisse praemia belli Delphici . . . *καὶ λαβεῖν ἆθλον* [*ἐν*] *Πυθίοις τῆς εἰς Δελφοὺς στρατείας παρὰ τῶν Ἀμφικτυόνων τὰς δύο Φωκέων ψήφους.* At Philippus illa suffragia non Pythiis anni 346 accepit, sed iam antea, statim post bellum Phocensium compositum [1]). In concilio demum Amphictyonum constitutum est, ut Philippus ludos Pythios ageret, id quod fecit [2]) [3]).

Harum rerum Isocratem, quamquam *τὰ παλαιὰ καινῶς καὶ τὰ καινὰ παλαιῶς ἐπαγγελλόμενος διδάσκειν λέγοι,* neque antiquas res neque a Philippi maioribus aut ab illo ipso nuper gestas commemorasse.

Maioris momenti est, quod extrema epistula legimus Aegypto a rege Persarum occupata magnam inopiam chartae exortam esse. Quod autem illa terra non ante annum 343 vel 342 [4]) a Persis subacta est, et inopia papyri in Graecia non statim, sed post aliquid temporis existere poterat, iis de causis, praesertim cum Isocrates orationem quintam ante Idus Julias anni 346. [5]) scripserit, futurum fuisse verisimile non est, ut hae litterae, si verae essent, apud Philippum, cum compluribus annis post illam orationem datae essent, quidquam valerent. Ceterum tam absurdam causam non plura scribendi Speusippus certe non attulit. Blass [6]), qui Speusippum auctorem huius epistulae vindicat, dicit re vera scriptam esse post annum 345, id quod concludi possit ex adverbio *τότε* huius enuntiati: *διότι παρ' ἡμῖν ἀναγνωσθέντος ἐν διατριβῇ τοῦ σοὶ πεμφθέντος ὑπὸ Ἰσοκράτους λόγου τότε τὴν μὲν ὑπόθεσιν ἐπῄνεσεν.* Sed hoc adverbium collocationis causa non cum participio *πεμφθέντος* coniungendum est, sed cum verbo *ἐπῄνεσεν* vel cum participio *ἀναγνωσθέντος.*

Quod Isocrates in oratione Alcibiadis exsilii ac reditus mentionem fecerat, scriptor illum cum Amynta patre Philippi comparat. Sed haec comparatio, quae longius repetita esse mihi videtur, om-

[1]) Schaefer, Dem. u. s. Zeit, II, p. 283. [2]) Idem, II, p. 295.

[3]) Philippum in Amphictyonum numerum acceptum esse, scriptor cum ex aliis libris (Paus. X, 3, 3 et Diod. XVI, 66), tum ex Demosthenis petere poterat (cf. Schaefer II, p. 484 et adn. 2).

[4]) Kahrstedt, Die Politik des Demosthenes, I, p. 10. cf. Blass, II², p. 68.

[5]) Schaefer, II², p. 235, adn. 2. [6]) Blass, II², p. 68, adn. 2.

nino non apta est ea re sola excepta, quod uterque ex patria fugit. Hoc loco ita scriptum est, ut putemus Amyntam seditione facta a suis civibus in exsilium missum esse [1]), cum re vera ab Illyriis finibus expulsus sit [2]). Etiam iudicium de Dionysio Syracusarum tyranno factum [3]) cum iudicio illorum temporum non congruit. Nam illa aetate princeps vere strenuus habebatur, cum postea crudelitas eius in proverbii consuetudinem veniret, ut ille recentioribus tyrannus *κατ' ἐξοχήν* esset.

Acerba irrisione castigat auctor Isocratem, qui in quinta parte orationis dixerit Cyrenam conditam esse a Lacedaemoniis. Ex ea re intellegi posse, qua scientia orator sit. Nam non Lacedaemonios, sed Battum esse parentem illius urbis. O virum vere sophistam! Batti, quem fabula conditorem appellat, nihil nisi nomen novimus et hoc vocabulum ipsum lingua Libyorum regem significare fertur [4]). Ceterum ab omnibus fere Cyrene colonia Lacedaemoniorum nominatur, quoniam urbs Therae, cuius a civibus Cyrene constituta est, ipsa a Lacedaemoniis aedificata erat. Etiam ex verbis quartae decimae partis optime sophistam cognoscimus: *ἐπὶ μὲν γὰρ Ἀμφιπόλεώς φησιν κωλῦσαι τὴν γενομένην εἰρήνην γράψαι λόγον ὑπὲρ τῆς Ἡρακλέους ἀθανασίας.* Quae verba, cum hac epistula de nulla re agatur, quae non est in quinta Isocratis oratione, referenda sunt ad secundam paragraphum illius operis, in qua dicit se bello de Amphipoli gesto suscepisse de illa urbe et terra scribere [5]), et propter pacem factam se orationem non edidisse. Sed Isocratem de immortalitate Herculis scribere voluisse rhetor invenit.

In duodecima parte epistulae comperimus Theopompum rerum scriptorem apud Philippum morari et Platonem conviciis persequi. Idem Athenaeus memoriae prodidit (XI, p. 508 C): *Τοὺς πολλούς φησιν τῶν διαλόγων αὐτοῦ ἀχρείους καὶ ψευδεῖς ἄν τις εὕροι· ἀλλοτρίους δὲ τοὺς πλείστους ὄντας ἐκ τῶν Ἀριστίππου διατριβῶν, ἐνίους δὲ καὶ τῶν Ἀντισθένους, πολλοὺς δὲ κἀκ τῶν Βρύσωνος τοῦ Ἡρακλεώτου.* Maxime scriptor Theopompo crimini dat, quod dixerit

---

[1]) *ὑπὲρ βασιλείας στάσει νικηθείς.* [2]) Diod. XIX, 92, 3; XV, 19, 2.

[3]) ep. XXX, 10: *Παρήνεγκε δέ σοι καὶ τὴν Διονυσίου μοναρχίαν ὥσπερ προσῆκόν σοι τοὺς ἀσεβεστάτους, ἀλλ' οὐ τοὺς σπουδαιοτάτους μιμήσασθαι καὶ ζηλωτὴν τῶν κακίστων, ἀλλ' οὐ τῶν δικαιοτάτων γενέσθαι.*

[4]) cf. Ed. Meyer, Paul.-W. III, 1, p. 147. K. O. Müller, Geschichten hellenischer Stämme u. Städte, I, p. 340 ss.

[5]) *ἐπεχείρησα λέγειν περί τε τῆς πόλεως ταύτης καὶ τῆς χώρας.*

non Platonem Philippo regnum paravisse: *ὥσπερ οὐ Πλάτωνος τὴν ἀρχὴν τῆς ἀρχῆς ἐπὶ Περδίκκᾳ κατασκευάσαντος* . . . Et profecto apud illum Athenaeum legimus se ex libro quodam Carystii Pergameni scire Speusippum ad Philippum scripsisse *τὶ τοιοῦτον, ὥσπερ ἀγνοοῦντας τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς βασιλείας Φίλιππος διὰ Πλάτωνος ἔσχε.* Admirabiliter illa verba congruunt inter se. Attamen ex hac re concludere epistulam genuinam esse non licet. Nam epistolographos saepissime locos veterum scriptorum exscripsisse constat [1]). Atque Speusippus illis verbis non Theopompum, sed Philippum ipsum vituperare voluerat [2]). Imprimis ambiguitas verbi *ἀρχή* ostendit epistulam a rhetore quodam scriptam esse [3]). Accedit, quod Theopompus non ante annum 342 apud Philippum fuit [4]), ac Speusippum quattuor annis post illam orationem Isocratis perstrinxisse verisimile non est, ut iam supra dixi.

Postremo Isocrates illuditur, quod orationem primum ad Agesilaum miserit, deinde paulum immutatam Dionysio vendere studuerit, tum *τὰ μὲν ἀφελὼν τὸ δὲ προσθεὶς μνηστεύσειεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Θεσσαλῷ*, nunc denique ad Philippum „illiberaliter [5]) eiaculatus" sit. Sed si his verbis confideremus, Isocrates illam orationem, quod Alexander Thessalus iam anno 359 [6]) mortuus erat, in tredecim annos seposuisset. Scriptorem Isocratis epistularum primam, sextam, nonam novisse arbitrantur Blass et Susemihl [7]). Quae cum ita essent, hae litterae certe, quod nonam

[1]) Ritter, Neue Untersuchungen über Plato, p. 379.

[2]) Athen (XI, p. 506 E): *Γράφει γοῦν Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς ἐν τοῖς Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασιν οὕτως· Σπεύσιππος πυνθανόμενος Φίλιππον βλασφημεῖν περὶ Πλάτωνος εἰς ἐπιστολὴν ἔγραψέ τι τοιοῦτον* . . .

[3]) Bernays, Phokion, p. 117 s.; Ritter, p. 379.

[4]) Blass, p. 400.

[5]) *γλίσχρως ἀπηκόντισεν.* Hoc adiectivum *γλίσχρος*, quod illa significatione perraro invenitur, in hac ipsa oratione Isocratis (V, 142: *οὐ γλίσχρως, ἀλλ' ἀληθινῶς*) legimus. Qua re comprobatur scriptorem Isocratem secutum esse.

[6]) cf. Kaerst, Paul.-W. I, 1, p. 1409.

[7]) Susemihl, II, p. 586, adn. 26 E: Vom 1., 6. und 9. Brief ist übrigens nur der Anfang erhalten, oder es war überhaupt nie mehr vorhanden als diese Proömien, wie denn in der Tat schon Ps.-Speusipp (ep. Socr. XXX, § 13) nur sie gekannt zu haben scheint. Denn die Auffassung von Blass, Att. Ber. III, 2, p. 552 f. „man setze für Agesilaos dessen Sohn Archidamus, für den Alexander dessen Nachfolger, die Söhne Jasons und ändere die Zeitfolge, so hat man die drei anscheinend verstümmelten Briefe", ist zwar durchaus nicht unbedenklich, aber doch wohl richtig.

epistulam, quae Isocrati attribuitur, ficticiam esse apertum est [1]), suppositae essent. Sed res longe aliter se habet. Rhetori librorum Isocratis nihil nisi quinta oratio, quam vituperat, notum erat, et ex hac ipsa nomina principum, quae affert, repetivit. Pro Alexandro Thessalo vero Iasonem supponere cogimur, quod facere non dubitamus his de causis. Iason hoc loco nominari non poterat, quod iam viginti quattuor annis ante (anno 370) vita excesserat. Deinde Alexander Thessalus rerum in Graecia gestarum multo maiorem partem habet quam ille. Tum Alexandri magis noti et clari erant propterea, quod vir, cui hoc nomen erat, orbem terrarum expugnaverat, qua ipsa de causa homo huius nominis iam in prima parte epistulae allatus est. In paragrapho octogesima prima orationis quintae scriptum est Isocratem iam ad Dionysium epistulam dedisse, qua eum ad bellum Persarum instigare voluerit [2]). De Agesilao legimus (Isocr. V, 86): *προηρεῖτο γὰρ βασιλεῖ πολεμεῖν . . .* (87) *συνέβαινε μηδὲ δύνασθαι πολεμεῖν τοῖς βαρβάροις* atque de Iasone (Isocr. V, 119): *ἐποιεῖτο γὰρ τοὺς λόγους, ὡς εἰς τὴν ἤπειρον διαβησόμενος καὶ βασιλεῖ πολεμεῖν . . . Ὅπου δ' Ἰάσων λόγῳ μόνον χρησάμενος, οὕτως ἑαυτὸν ηὔξησεν, ποίαν τινὰ χρὴ προσδοκᾶν περὶ σοῦ γνώμην ἅπαντας ἕξειν, ἢ ἔργῳ ταῦτα πράξῃς καὶ μάλιστα μὲν πειραθῇς ὅλην τὴν βασιλείαν ἀνελεῖν.*

Duobus locis epistulae ars Isocratis commemoratur his verbis: (4) *τὸν ἐν ταῖς τέχναις ἀποφαινόμενον* et (10) *καί φησιν μὲν ἐν ταῖς τέχναις* [3]). A viris doctis nostrae aetatis conceditur Isocratem ipsum artem non composuisse [4]), sed eam quae posteris temporibus cum eius nomine coniuncta erat, a discipulis vel ab aliis ex orationibus ipsis excerptam esse. Cum Susemihl [5]) contendat hos duos locos reliquias verae artis Isocratis iudicandos esse in hanc rem diligentius nos inquirere oportet. Mea sententia scriptor illam artem neque legit neque omnino novit. Priore loco est eos, qui audiant, maioribus laudatis benevolentes faciendos esse, quod Isocrates, quamquam ipse praescribat, neglexerit. Hoc praeceptum

[1]) Wilamowitz, Aristoteles u. Athen, II, p. 394, cui Blass frustra repugnat in Museo Rhenano [54 (1899), p. 33 ss.]. cf. Münscher, Berlin, philol. Wochenschrift 1912, N. 7. p. 193.

[2]) Isocr. V, 81: *καὶ μὴ θαυμάσῃς, ἅπερ ἐπέστειλα καὶ πρὸς Διονύσιον.*

[3]) Numerum pluralem scriptum esse nihil interest, nam multi, qui Isocratis artem afferunt, pluralem habent. (Sheehan, De fide artis rhetoricae Isocrati tributae, p. 5 ss.)

[4]) Blass, p. 105; Thiele, Herm. XXVII (1892), p. 11 ss.

[5]) Susemihl II, p. 482, adn. 93 i (secutus Thielium).

scriptor, quam maxime potest, ipse sequitur, cum Alexandrum, unum ex Philippi maioribus laudibus in caelum effert. Sed ex his verbis, quae ad illam captationem benevolentiae, quae vocatur, referuntur, nihil concludere possumus de vera Isocratis arte, praesertim cum hoc praeceptum ab omnibus adhibeatur, neque sunt magni momenti, quod auctor studio Isocratem vituperandi longius progredi facile poterat. Praeterea haec reprehensio doctrinam rhetoris redolet, quod illa captatio benevolentiae neque omnibus in orationibus adhibenda est et Isocrates ad Philippum amicum orationem misit.

Verba alterius loci ex paragrapho 113 orationis petita sunt. Compares velim: ep. XXX, 10: *καί φησιν μὲν ἐν ταῖς τέχναις προσήκειν οἰκεῖα καὶ γνώριμα παραδείγματα φέρειν ὀλιγωρήσας δὲ τῆς τέχνης ἀλλοτρίοις . . . χρῆσθαι παραδείγμασιν.* Orat. V, 113: *Τὸ γὰρ μὴ δεῖν ἀλλοτρίοις χρῆσθαι παραδείγμασιν, ἀλλ' οἰκεῖον ὑπάρχειν.*

Paulo infra (11) habemus Isocratem gloriari se discipulos eleganter refellere posse (*καίτοι . . . χαριέντως ἀμύνασθαί φησιν τῶν μαθητῶν τῶν αὐτῷ πλησιαζόντων τοὺς ἐπιτιμῶντας*). Etiam hoc exscriptum est ex oratione (or. V, 17 et 22), ubi Isocrates dicit se discipulos, qui se vituperavissent, eleganter refutavisse (*χαριέντως αὐτοὺς ἠμυνάμην*). Qua in re neglegendum non est scriptorem ignoravisse, quid significaret participium *οἱ πλησιάζοντες*. Coniunxit enim cum substantivo [*τῶν μαθητῶν τῶν αὐτῷ πλησιάζόντων*] et addit insuper verbum *ἐπιτιμᾶν*, cum Isocrati ipsi *οἱ πλησιάζοντες* idem sint atque discipuli[1]).

Videmus igitur epistulam continere „eine Fülle erlesener Notizen" omnino non dici posse. Accedit, quod, quaecumque Isocrati opprobrio dantur, iusta causa carent. Primum orator vituperatur, quod beneficia a Macedonibus Graecis tributa non attulerit, id quod Isocrates consulto noluit. Audias ipsum (or. V, 17): *οὐ μέλλω σοι λόγον πέμπειν οὐκ ἐπίδειξιν ποιησόμενον οὐδ' ἐγκωμιασμένον τοὺς διά σου γεγενημένους, ἕτεροι γὰρ τοῦτο ποιήσουσιν.*

Nonnullis versibus infra ei crimini datur, quod antiqua Macedonum facinora omiserit: *ἦν δὲ καὶ τὰ παλαιὰ διαλεχθῆναι τῆς Ἰσοκράτους ἡλικίας, τὸ δὲ εὐθαλῶς, ὥς φησιν αὐτὸς ἀνθούσης*[2]*) τῆς*

[1]) Preuss, Index Isocrateus, p. 19 et 58.

[2]) Hoc verbum ab Isocrate figurate non usurpatum est nisi in quinta oratione (V, 10), et ea de causa scriptor de alio loco atque allato cogitare non poterat.

διανοίας. Neque Isocrates, cum esset senex nonaginta annorum, animo et corpore vigebat, neque scriptor comprehendit locum orationis, cuius verba illis verbis contraria sunt (or. V, 10: *ἀλλ' εἰδὼς μὲν τὸν λόγον τοῦτον οὐ τῆς ἡλικίας τῆς ἐμῆς δεόμενον, ἀλλ' ἀνδρὸς ἀνθοῦσαν τὴν ἀκμὴν ἔχοντος καὶ τὴν φύσιν πολὺ τῶν ἄλλων διαφέροντος*).

Etiam hac de causa Isocratem reprehendendum esse, quod malignas criminationes Olynthiorum non confutaverit. Sed id eius non erat [1]). Scriptor eas ipse non redarguit, quod, cum esset Philippi amicissimus eique faveret atque cuperet, facere debebat, sed dicit *ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἐν ἐπιστολῇ πρὸς σὲ μηκυντέον, ἃ δέ ἐστιν οὐκ ἐμποδὼν τοῖς τυχοῦσιν εἰπεῖν, ἐκ πολλοῦ τε χρόνου τοῖς πᾶσιν κατασεσιώπηται*. Eius igitur multo magis interest sapientiam ostentare quam diligenter in Isocratis orationem inquirere. Quod quam verum sit, facile intellegimus ex verbis subsequentibus, quibus Herculis facinora, quae Isocrates afferre non vult [2]), enumerat, ut iam dixi.

Isocratem Platonem ipsum aggredi (*οὔτε Πλάτωνος ἐν τοῖς πρὸς σὲ πεμφθεῖσιν λόγοις ἀπέσχηται* (2)) collegit scriptor ex duodecima parte orationis [3]), ubi legimus: *οἱ τοιοῦτοι τῶν λόγων ἄκυροι τυγχάνουσιν ὄντες τοῖς νόμοις καὶ ταῖς πολιτείαις ὑπὸ τῶν σοφιστῶν γεγραμμέναις* . . . Sed haec verba eodem iure cum ad sophistas tum ad Antisthenem referri possunt, quem *περὶ νόμου ἢ περὶ πολιτείας* scripsisse Diogenes Laertius (VI, 1, 16) dicit et qui ab Isocrate in libris petebatur [4]).

Quibus omnibus rebus allatis elucere arbitror auctorem nostrum Isocratis orationem quintam solam novisse [5]). Quod cum ita sit, facere non possumus, quin has litteras spurias neque

---

[1]) *Μέλλω γὰρ σοι συμβουλεύειν προστῆναι τῆς τε τῶν Ἑλλήνων ὁμονοίας καὶ τῆς ἐπὶ τοὺς βαρβάρους στρατείας* (or. V, 16).

[2]) Isocr. or. V, 110.

[3]) Bergh, Griech. Literaturgesch. I, p. 222. Blass, Att. Ber. [1], p. 345.

[4]) cf. Schneider, ad Isocr. V, p. 111.

[5]) Fortasse dixerit quispiam verba *τὰ μὲν καινὰ παλαιῶς, τὰ δὲ παλαιὰ καινῶς*, cum non essent in quinta Isocratis oratione, demonstrare scriptorem Panegyricum novisse, ubi legimus: (8). *καὶ τὰ μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος περιθεῖναι καὶ τά τε παλαιὰ καινῶς διελθεῖν καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως εἰπεῖν*. Sed haec locutio, quae, a Gorgia procussa, omnibus, praecipue rhetoribus trita erat, multis locis invenitur, quorum Blass (ed. Isocr. p. 278, 9) octo auctores affert, quibus Syrianum addo (in Hermog. t. I, p. 19, 23, Rab.). cf. Sheehan, p. 6.

excerptas esse ex vera Speusippi epistula censeamus, quod idem ex rebus grammaticis, de quibus infra agam, concludi posse spero.

Etiam eae epistulae omnes, quae in libris tricesimae succedunt, iam inde a Leonis Allatii temporibus vel a Speusippo vel ad Speusippum datae esse putantur. Harum prima, quam, a Platone scriptam, a Speusippo illi epistulae ad Philippum missae additam esse Leo Allatius arbitrabatur [1]), satis insulse scripta est. Perdiccam, sua magni interesse ratum, multas opes acquirere Hesiodum sequi praecipientem, ut dimidia pars omnium rerum petatur [2]). Illum Philippus imitetur. Quod auctor dicit omnium oculos in Philippum se convertere, hic rex futurus designari mihi videtur. Sed cum Perdiccae Amyntas filius esset, Philippus sperare non poterat se regnum aliquando occupaturum esse.

Tres subsequentes epistulas [3]) ea de causa spurias esse iudico, quod ultimae magna pars ex quarta Platonis epistula exscripta est [4]) et quod in duabus ceteris, quae a Speusippo ad Xenocratem scriptae esse finguntur [5]), scholae Peripateticorum mentio fit. Speusippus iam anno 339 mortuus erat et Aristoteles, princeps Peripateticorum, quattuor annis post ex aula regia Macedonum Athenas revertit [6]) et tum demum discipulos habere coepit. Speusippus igitur nullam epistulam scripsit, in qua Peripateticorum secta commemoratur.

De iis rebus, quas tres ultimae continent, Constantinus Ritter, vir doctissimus, plurima protulit [7]). Sed cum ex iis nihil statui possit, quo eluceat epistulas non genuinas esse, neque ipse Ritter rebus longe lateque expositis ad certum iudicium pervenerit, eas hoc loco neglegendas esse censeo. Hoc unum afferre satis habeo, quo nixus Ritter [8]) epistulae tricesimae quintae multum tribuit. Ineunte epistula legimus: *συγχαίρω Συρακουσίοις, ὅτι πέπαυνται τὸν χοῖρον ἴαχχον καλοῦντες καὶ τὸν βοῦν γαρόταν καὶ βαλλάντια τὰ ἀκόντια, καρποτόκον τε μῆνα, ὅτι καρπὸς ἐν αὐτῷ γίνεται.* Veterum rerum scriptores narrant Dionysium Maiorem in tragoediis suis „magna licentia novandarum significationum“ usum fuisse, cuius pauca exempla affert Athenaeus (III, 98 C): . . . *ὃς τὴν μὲν παρθένον*

[1]) Ritter, p. 382.
[2]) Hes. *ἔργα καὶ ἡμ.* v. 40: *Νήπιοι, οὐδὲ ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.*
[3]) De his et de XXX. cf. Leo, Griech.-röm. Biographie, p. 57.
[4]) Ritter, p. 382. [5]) Idem, p. 382; Leo, p. 57.
[6]) Zeller, II, 1, p. 987 adn.
[7]) Inde a pagina 382 ad 397. [8]) p. 389.

ἐκάλει μένανδρον, ὅτι μένει τὸν ἄνδρα καὶ τὸν στῦλον μενεκράτην, ὅτι μένει καὶ κρατεῖ, βαλλάντιον δὲ τὸ ἀκόντιον ὅτι ἐναντίον βάλλεται καὶ τὰς τῶν μυῶν διεκδύσεις μυστήρια, ὅτι τοὺς μῦς τηρεῖ. Hic igitur rerum scriptor apud omnia verba nova addidit, quomodo explicari possent, Athanis autem, qui alia tradit, hoc omisit, ut ipse Athenaeus dicit (III, p. 98 D): *Ἄθανις δ' ἐν ἁ Σικελικῶν τὸν αὐτόν φησιν Διονύσιον καὶ βοῦν γαρόταν καλεῖν καὶ τὸν χοῖρον ἴακχον.* Eodem modo Helladius, qui de similibus vocabulis loquitur, significationon exhibet [1]). Noster scriptor tribus primis non addidit, cum posuerit apud extremum. Haec res mihi suspiciosa est et ipsum vocem *καρποτόκον* Dionysio substituisse arbitror. Nam cum neque quidquam insoliti habeat, quod iam substantivum *καρποτοκία* et verbum *καρποτοκέω* Theophrastus adhibuit, qui eadem fere aetate, qua Dionysius, florebat, neque cum ceteris insuetis verborum fictionibus comparari possit, satis absurda est imprimis ea de causa, quod non omnes menses sic appellari decet. Atque qua re addidit auctor vim huius vocabuli, cum apud cetera, quae multo difficilius intelleguntur, non posuerit? Et cum Athenaeus verba diligenter explicet, scriptor non dicit, ut scribere debebat, *ὅτι τοὺς καρποὺς τίκτει,* sed *ὅτι καρπὸς ἐν αὐτῷ γίνεται.* Illo igitur verbo nos non nimis confidere debemus. Ceterum ex rebus grammaticis, quas nunc afferam, cognoscemus has omnes epistulas ficticias esse.

2. De genere dicendi.

Plurimas epistulas non a Socrate Socraticisque scriptas esse me demonstravisse confido. Neque vero, id quod primo obtutu putare potes, a scriptoribus quibusdam quinti vel quarti a. Chr. n. saeculi compositae sunt. Gravia enim argumenta nos impediunt, quominus hoc iudicium faciamus.

a) De delectu verborum.

Imprimis offendunt haud pauca verba, quae illis temporibus omnino non exstitisse vel alio sensu usurpata esse vel perraro et apud poetas solos inveniri cum lexica Passowii, Papii, Jacobitzii, Schweighaeuseri, Wittenbachii, Preuschii et indices Preusii et Jacobitzii tum Stephani thesaurus, quibus ad hoc opus usus sum, indicant.

[1]) Meineke, De Euphorionis Chalcidensis vita et scriptis, p. 193 s.

1. De substantivis.

1. Ac primum quidem disputabo de substantivis et de iis, quae illa aetate nondum fuerunt. Qua in re, si de Socratis epistulis agitur, praecipue, quod ille philosophus anno 399 vita excessit, quintum saeculum respiciendum est, cum in ceteris tractandis etiam quarti saeculi rationem habere debeamus.

Singulas epistulas deinceps percurram.

παλιμπράτης (I, 1), is, qui res (hoc loco *τὴν παιδείαν*) venditat. Nusquam invenitur. Adiectivum *παλίμπρατος* apud Poll. (quater: 3, 125; 7, 12; 6, 127; 4, 36), Phil., Dion. Chrys.; verbum *παλιμπρατέω* semel in papyris [1]).

ἀφιλοχρηματία (V, 2), non ante Plut., qui eiusmodi fictiones in deliciis habuisse videtur (*ἀφιλάνθρωπος, ἀφίλαυτος, ἀφιλόκαλος, ἀφιλόλογος, ἀφιλοπλουτία, ἀφιλόσοφος, ἀφιλόστοργος, ἀφιλότιμος, ἀφιλοχρηματία*) [2]).

ἀντικατάλλαγμα (VI, 10), permutatio. Hoc loco et ap. Flavium Josephum. [Plut.: *ἀντικαταλλαγή*, Diog. L.: *ἀντικατάλλαξις*.] Verbum vero *ἀντικαταλλάττομαι* iam apud oratores Atticos (Isocr. 5, 135; 6, 109; Din. 1, 3; Lyc. 88).

ἀτόπημα (IX, 3), flagitium, facinus. Non nisi ap. Diod. (Exc. vat. p. 86), Sext. Emp. (adv. gramm. 80).

θαυμασμός (XIV, 9), admiratio; primum ap. Heron. mathem. (p. 2, 20 ed. Schmidt), deinde ap. Dium (Stob. flor. 65, 16), tum ap. Plut. et Sext. Emp. (adv. mathem. 9, 17).

συνθύτης (XVIII, 1), non ante Apollodor., qui vocatur; *θύτης* non ante App. (Hipp. c. 85) et Herodian. 4 (12, 6).

ἀπεικόνισμα (XX), adumbratio, imago. Primum ap. Phil., qui crebro adhibuit. Eum sequuntur patr. eccl. Verbum *ἀπεικονίζω* iam Meleag. (A. P. 12, 64, 5 et 127, 8), Philo saepius. [Plat.: *ἀπείκασμα* et *ἀπεικασία*].

προκοπή (XXVII, 1), progressus, successus. Phil., Diod., Jos., Plut., alii. Phrynichus hanc vocem reiecit, quod auctorem Atticum non haberet: *προκόπτειν λέγουσιν, τὸ δὲ ὄνομα προκοπὴ οὐκ ἔστιν παῤ αὐτοῖς.* (Lob. p. 85.)

βαυκάλημα (XXVII, 2), cantus nutricum. Hoc loco solo. Verbum *βαυκαλάω* non ante Aelian. (N. A. 14, 20) et Luc.

[1]) Mayser, Gramm. der griech. Papyri, p. 460.

[2]) Plut. comp. Agid. et Cleom. cum Gracch. c. 1.

μεγαλουργία (XXVIII, 1), magnificentia. Primum ap. Polyb. (31, 3, 1), tum ap. Plut., Luc., Philostr. *μεγαλουργέω*: Philo saepe, Euseb., *μεγαλούργημα*: Philo, patr. eccl.; *μεγαλουργής*: Luc., patr. eccl.; *μεγαλουργός*: Plut., Luc.

βιότευμα (XXIX, 3). Non nisi hoc loco. Quam vocem a recentioribus formatam esse ex ea re elucet, quod substantivis *βίος* et *βιοτή* eadem notio inerat.

εὐαγγελία (XXX, 5), bonus nuntius. Primum in LXX. (Reg. 2, 18, 20; 27; 4, 7, 9), Jos. (Ant. Iud. 18, 6, 10). Veteres utebantur plurali numero *τὰ εὐαγγέλια*.

αἵρεσις (XXXIV, 2), secta philosophorum. Non ante Dion. Hal. Passim ap. recc. [Diog. L., Athen., Nov. T., Sext. Emp., Gal.]

ἀκαιρία (XXXV), inopia temporis, tempus non vacans. Quae notio non ante Plut. [Praecept. san. 130 E].

κοίνωμα (XXXV), consuetudo venerea. Primus adhibuit Plut. [mor. p. 338 A]. Plat.: *κοινωνία, κοινώνημα, κοινώνησις, κοινότης*.

φενάκισμα (XXXVI) illusio, deceptio. Hoc loco et ap. Phot. (ed. Naber, II, p. 261) et Hesych. (ed. Schmidt, 1239). Ap. vett.: *φενακισμός*.

[***βασιλέως τοῦ βαρβάρου*** (XVIII, 1). Adiectivum *βάρβαρος* a veteribus non additur. Auctor nesciebat substantivum *βασιλεύς* iam per se regem Persarum significare.]

II. Nunc afferam ea vocabula, quae iam illa aetate erant, sed quorum notionem commutatam esse videmus.

παράσιτος (I, 4), is, qui adulatorem et scurram se praebet, ut alii gratuito victum sibi offerant. Primus [1]) Araros Aristophanis filius huic voci illam significationem addidisse videtur. Apud veteres erant parasiti sacerdotes, qui sacrificiis factis communiter coenabant, vel ii, qui cum aliis epulabantur. Conferas velim locum Athenaei (236 E): *οἱ δ' ἀρχαῖοι ποιηταὶ τοὺς παρασίτους κόλακας ἐκάλουν* et (237 A) *πολὺ δ' ἐστὶ τὸ ὄνομα παρὰ τοῖς νεωτέροις*. Phrynichus dicit (Lob. p. 139): *Παρασίτους οὐκ ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι ἐπ' ὀνείδους, ὡς νῦν ἀλλὰ κόλακας*. Lucianus ipse, qui Lexiphane suo cum ridiculas illas vocum fictiones tum usitata verba Attica, quae a recentioribus alio sensu usurpentur, exagitat, etiam huius verbi mentionem facit [2]). Warning [3]) falso contendit vocem *παράσιτος* illa notione coniunctam omnino non ante Lucianum in-

[1]) Ribbeck, Kolax, p. 21.

[2]) Wilh. Schmid, Der Attizismus in seinen Hauptvertretern, I, p. 197.

[3]) Warning, De Vettii Valentis sermone, p. 41.

veniri. Iam fuisse apud Alexim, Timoclem, Antiphanem poetas et Diphilum unam ex comoediis sic nominavisse Athenaeus [1]) testatur.

μύωψ (I, 6). Ap. vett. stimulus vel calcar ad equos incitandos. Hoc loco et ap. recc. adhortatio vel instigatio hominum.

ἀρεσκεία (VI, 3). Non invenitur nisi ap. Theophrastum, qui cum bono sensu coniunxit. Polyb. et scriptores posteriorum temporum ei voci vim adulandi et parasitandi subiciunt.

διανομή (VI, 3). Ap. vett. divisio alicuius rei (*τῆς γῆς, τῶν μήλων*), ap. recc. (Phil., Plut., hoc loco) largitio plebi gratiae parandae causa data [cf. Thom. M. s. v. *νομὴ· διανομὴ, ἡ πρὸς πολλοὺς δόσις καθ' ἕνα*, Phil. *Καθάπερ ἐν σιταρχίαις μεμετρημέναις πρὸς τὰς ἐπιβαλλούσας ἑκάστοις διανομάς*].

χορηγία (VI, 5; XXX, 12), Erat inter primarias veterum Atheniensium *λειτουργίας*. Quibus eo munere fungendum erat, poetis tragicis chorum ornare atque imprimis sumptum ornatus suppeditare debebant [2]). Primus Aristoteles, quem recentiores (Polyb., Philo, Jos. [3]), Plut., Aristid. [4])) secuti sunt, id substantivum alio sensu usurpat. Impensa esse in quaslibet res facta intellegimus.

γοητεία (VI, 6). Plat.: ars magica (quater). Hoc loco et apud plurimos recentiorum (Polyb., Luc., Dion. C.) idem valet atque illecebrae voluptatum.

πράξις (*γράφειν τὰς πράξεις*: XXX, 1). Ap. vett. primum = actio, deinde = res peracta, res peragenda. (Isocr.: facinora). Pro historia, rebus gestis, primum, quoad vidi, Polyb. adhibet, apud quem eandem fere locutionem legimus: *ἀναγράφειν τὰς πράξεις*.

[***πλήθη*** (I, 2; VI, 3) = *πλῆθος*, plebs, multitudo. Numerum pluralem persaepe legimus ap. recc. (Luc., Aristid., Ael., Phil. [5]), Arrian., Philostr.). Quamquam verbum *παριέναι*, quod dicitur de oratorum proditu, saepius a Plutarcho et Luciano, perraro ab Isocrate [6]) et Isaeo adhibetur, tamen locutio *εἰς τὰ κλήθη παριέναι*, quam in prima epistula habemus, apud Lucianum solum invenitur.

Simili modo pluralem scriptum videmus his locis: XXVI: *εὔνοιαι*, XXXIII: *δυνάμεις*, XXXV: *ἀδικίαι*, XXI, 1: *ἤθη*, de qua

[1]) Athen. p. 237 A, 237 D, 238 A, 238 F.

[2]) Boeckh, Athen. Staatshaushalt, I, p. 484, 487.

[3]) Guil. Schmidt, De Flavii Josephi elocutione observationes criticae, p. 534 (Jahrb. f. kl. Phil. suppl. XX).

[4]) Schmid, I, p. 164.

[5]) Cohn, Philonis Alexandrini libellus de opificio mundi, p. L (Bresl. phil. Abh. 1889).

[6]) cf. Schneider, ad Isocr. IV, 75.

forma Phrynichus (Lob. p. 364 ss.) dicit: *πληθυντικῶς φυλάττου. οἱ γὰρ δόκιμοι χρηστὸς τὸ ἦθος ἑνικῶς φασιν καὶ οὐ τὰ ἤθη.* Conferas verba Antiatticistae (Becker, anecd. p. 98): *πληθυντικῶς φασι μὴ δεῖν λέγειν, ἀλλ' ἑνικῶς.*

πρόσθεμα (I, 4). Vett.: *πρόσθημα.* Alexandrina aetate syllabam paenultimam eorum substantivorum, quae in *-ημα* ceciderint, correptam esse affirmant Blass [1]), Schweizer [2]), Mayser [3]).

Πυθίοις (XXX, 8). [*παὶ λαβεῖν ἆθλον Πυθίοις τῆς εἰς Δελφοὺς στρατείας*]. Quid sibi velit ille dativus, non recte intellego. Certe est pro *ἐν Πυθίοις*, ut habemus ap. recc., velut Strab. (6, 260), Ael. (v. h. 3, 1), Plut. sympos. 2, 4, p. 638 B)].

III. Venio nunc ad nonnulla verba, quae veteribus temporibus a poetis solis adhibebantur et quae postea etiam ab iis, qui oratione soluta utebantur, scripta sunt.

ἄστεος (XVII, 3; XXIV, 2 bis). Quam formam vocis usitatae non habemus nisi ap. Hom. eosque poetas, qui non Attice scribunt et recc., velut Strab. et Phil. [4]).

κομιδή (XIX), cura, curatio. Hom. Pind. (P. 6, 39) et recc. ut Oppian. (cyn. 3, 113).

θαλία (XVIII, 1), dies festus vel convivium laetum et festivum. Hom., Hes., poetae lyrici, Eur., Ar. (semel Herodot.) et recc. Plut. Athen.

συντέλεια (XXX, 8) [*τῆς τῶν Ἀμφικτυόνων συντελείας μετέσχον*]. Ap. Plat. et alios = actio aliquid conferendi vel ordo certus. Erat enim Athenis ordo quidam quindecim vel sedecim civium, qui suis sumptibus navem longam ornabant. Hoc loco significat societatem quamlibet, quae notio huic verbo semel ab Aeschylo substituta est (Sept. 251), cum eorum, qui oratione pedestri utuntur, primus Polybius illud vocabulum in hanc sententiam adhibuerit, quem recc. (Diod., Paus., Plut.) sequuntur.

IV. Postremo eas voces enumerabo, quae apud veteres rerum scriptores raro inveniuntur et quae posterioribus magno usui fuerunt.

εὐφημία (VI, 3). Ap. vett. est verbum *εὐφημεῖν*, quod Latinum favere linguis. Sed iam ap. Pind. et Dem., imprimis ap. recc. substantivum *εὐφημία* bonam famam significat.

---

[1]) Gramm. des Neuen Testaments, p. 66.

[2]) Gramm. der pergamenischen Inschriften, p. 48 s.

[3]) Gramm. der griech. Papyri aus der Ptolemäerzeit, p. 65. cf. Warning, p. 44 et Lobeck, Phryn. p. 249.

[4]) Schmid, IV, p. 20, 586.

βίος (XV, 2), mundus, omnes homines. [*εἰς ἅπαντα τὸν βίον παρατιθέντων τὴν ἀρετὴν τἀνδρός*]. Primum ap. Arist. (de mundo, p. 400, 15: *συνεπιμαρτυρεῖ ὁ βίος ἅπας*). Passim ap. recc.: Dion. Hal., imprimis Luc. Multa exempla affert Casaubonus (animadversiones in Athen. XV, p. 954, v. 30) item Wyttenbach (Plut. mor. VI, p. 147. Opp. Mor. p. 478 B, 956 A, B).

γράμμα (XXII). Numerus sing. = liber, scriptum. Thuc. (semel: 5, 29), Plat. (quater: Parm. 128 A, B, C, D); deinde ap. Callim. (Epigr. 24, 4; 6), in Anthol. Pal. (9, 63; 12, 102); crebro ap. recc. velut Luc., alios.

μισάνθρωπος (XXIV, 2). Plat. (bis: Phaed. p. 89 D; legg. 8, p. 791 D); Call. (ep. 3, 1) et recc. ut Poll. et Luc.

διάθεσις (XXVI) affectio animi et corporis. Saepe ap. Plat., Arist.; tum ap. Polyb. et recc., qui Platonem imitantur.

ζωδίον (XXVIII, 2). Non ante Maneth. et Arist., qui eam vocem signum caeleste esse intellegunt. Ap. Herod. (I, 70) semel est pro figura quadam vel pro imaguncula, quam notionem hoc loco et ap. recc. (Diod., Paus., Plut.) habemus.

θυγάτριον (XXIX). Primum ap. Xenarch. et Menandr., tum ap. recc., ut Plut. et in Novo Testamento [1]).

ἱστορία (XXX, 9). Ap. Herod. pro rebus gestis, Plat. et Arist. pro doctrina vel cognoscendi studio [*ἡ περὶ φύσεως* vel *φύσιν ἱστορία*]. Pro scientia habent Isocr. (bis: XII, 246 et ep. VIII, 4) et recc. (Plut., Philostr.), quae notio etiam hoc loco requiritur.

2. De adiectivis.

Etiam adiectivorum complura digna sunt, quae afferantur. Haec eodem modo disponam atque substantiva, in quattuor partes.

1. ***λιτὸς*** (VI, 2), exiguus. [*χρῆσθαι τροφῇ λιτοτάτῃ*]. Primum in Menandri fragmento XCIII. (ed. Meineke, p. 226), deinde ap. Call. (tris: hymn. 2, 10 et 11; 5, 25). Posteriorum epistolographi habent in deliciis. Eandem locutionem invenimus ap. Athen. (V, p. 191 F: *τροφὴ λιτοτάτη*).

περικατάληπτος (I, 9). Non ante Plut. et Diod. S.; sed iam Theophrastus usurpat substantivum *περικατάληψις*.

πειθήνιος (XIV, 8). Idem non ante Plut. Primum dicitur de equo, qui habenis paret, velut ap. Plut. (vita Lyc. c. 30) tum etiam, quod idem valet atque oboediens, de hominibus, ut ap.

[1]) Schmid, I, p. 159, 314; IV, p. 305.

eundem (De Rom. fort., p. 322 F) et posteriores. Genus neutrum pro substantivo adhibet Herodian. (2, 10, 4) et Jos. (B. J. 3, 5, 7).

περίφυτος (XIX), obsitus, consitus. Non legimus nisi ap. App. (Hisp. 64) et hoc loco.

θεοφίλητος (XXXV). Hac epistula excepta illud adiectivum semel invenitur in litteris Graecis, in fragmentis Phyntios [1]), Callicratis filiae. Veteres habent *θεοφίλης*.

II. ***γνώριμος*** (XXIII, 1). Ap. vett. = notus, familiaris; ap. recc. inde a Sexti Emp. aetate idem, quod discipulus. [Plut., auctor *περὶ ὕψ.*, Strab., Phil. [2]), Aristid., Philostr., Ael., Clem. A. [3])].

γνήσιος (XIX) [*γνησίως τιμελεῖν* = familiariter curare]. Ap. vett. = legitimo matrimonio ortus vel figurate genuinus, germanus. Ap. recc. = familiaris, cognatus [4]).

III. ***κατηφὴς*** (XVII, 3), is, qui est vultu demisso. Uno loco Aristotelis excepto, non nisi apud poetas (Hom., Eur.) et recc. (Plut., Poll.. Themist., Philostr.) [5]).

ἁρμόδιος (XVIII, 2 et XXVII, 2) aptus, conveniens. Legimus ap. poetas solos [Hes., Theogn., Pind.] et recc. (Plut., Parthen., Dioscor., Dion. Hal., Luc., Phil., Dion. Cass.).

ἁριπρεπὴς (XIX), valde decorus [*ἁριπρεπὲς ἱερόν*]. Ap. poetas epicorum carminum [Hom. et poett. hymnorum Hom.], in Anthol. Pal., in recentiorum libris [Appiani, Themistii, aliorum].

εὐθαλὴς (XXX, 4). Pind., Aeschyl. (frgmt. 299, 6), Ar. Eur.; Mosch., Orph., Plut., Nov. T., alii.

ἀνήμερος (XXX, 12) immansuetus, immitis. Non est nisi ap. poetas (Aeschyl., Eur., Anacr.) et recc. [Dion. Hal., Diod., Plut., Nov. T., Poll., Luc., Themist.].

τρισάθλιος (XXXVI). Ap. poetas [Soph., Ar., Men.] et recc. [Plut., Luc., Diog. L., Alciphr.]

IV. ***πολύς*** [*ἐστιν παραινῶν*] (VII[b]). Quod adiectivum coniunctum cum forma verbi *εἶναι* saepius est ap. Herod. (I, 98; VII, 158, VIII, 59; IX, 11). Similiter bis ap. Polybium (16, 6, 9; 15, 26, 10). Ap. recc. passim. [Plut., Sext. Emp., Ael.].

---

[1]) Quamquam aetatem huius feminae non novimus, tamen sine dubio in numero Neopythagoraeorum, qui dicuntur, habenda est.

[2]) Cohn, Bresl. phil. Abh. IV, p. 45. [3]) Schmid, IV, p. 345.

[4]) cf. Stephani thesaurum (II, p. 671), qui plurima exempla affert.

[5]) Duos locos Hippocratis neglego, cum omnes fere libri illius medici non genuini sint. Eodem modo tres locos apud adiectivum, quod subsequitur, neglexi.

ἑταιρικός (XXIII, 2), sodalicius. Saepe in Aristotelis libris, qui inscribuntur Ethica Nicomachea et Eudemea. Ap. Thuc. tris *τὸ ἑταιρικόν* (semel = sodalicium, bis = coniurati). Ap. recc. crebro [Diod., Plut., Dion. C., Luc., Diog. L.].

ἀξιέραστος (XXIII, 3) [*τῆς ὄψεως*]. Non nisi ap. Xen. et posteriores [Plut., Poll., Iambl.]. Xenophon scripsit [Kyrop. 5, 2, 9]: *τέκνα ἀξιέραστα* et [Conv. 8, 14] *ψυχὴ ἀξιεραστοτέρα*. Est igitur pro *ἄξιος ἐρᾶσθαι*. Sed cum hoc loco, ubi legimus *ἀξιέραστος τῆς ὄψεως*, adiectivum compositum idem valeat quod simplex *ἄξιος*, recentius esse videtur. Ceterum voces cum adiectivo *ἄξιος* compositas apud Xenophontem solum et ap. recc. habemus, ut lexica indicant.

φιλάδελφος (XXX, 12). Semel in Sophoclis Antigona et semel ap. Xen. [mem. 2, 3 17]. Tum recc. [LXX, Plut., Nov. T., Luc., Diod.].

εὐμαρής (XXXVI), facilis. Poetae (Aeschyl., Pherecr., Bion, Pind., Theogn., Eur., alii), Plat. (bis), Hipp. (semel). Imprimis ap. recc. [Herodian., Plut., Luc., Themist.].

Nonnulla addam de comparativo adiectivi *πολύς*. Compluribus locis offendunt hae formae: *πλείονα* (I, 1), *πλείοσι* (1), *πλείονς* (9), *πλείονος* (XXIX, 2; XXXII, 2), *πλείονες* (XXXV), *πλείονας* (XXXVI), quae a veterum genere dicendi abhorrent. Nam eae formae solae, quarum secunda syllaba producta est, in prima syllaba diphthongum habent. Illae propriae fuisse videntur sermonis cotidiani, cum maxime inveniantur in papyris [1]), in voluminibus Herculanensibus [2]), in libris Novi Testamenti [3]) et septuaginta Iudaeorum [4]). Etiam Aelianum et Philostratum diphthongum *ει* habere Schmid (IV, p. 18 ss.) affirmat.

3. De verbis.

Satis magnam copiam verborum, quae eadem dispositione usus deinceps afferam, inveni.

I. ***ἀποκοιμίζομαι*** (I, 6) obdormisco. Non est nisi hoc loco et ap. Poll.: activum ap. Alciphr.; vett. habent *ἀποκοιμάομαι*.

[1]) Mayser, p. 69.

[2]) Crocnert, Memoria Graeca Herculanensis, p. 108.

[3]) Blass, p. 23.

[4]) Helbing, Gramm. der Septuaginta, p. 54. cf. Koch, Observationes grammaticae in decreta etc., p. 10.

κατατολμάω (XIV, 2). Non ante Polyb. Significat aut audere aliquid adversus aliquem aut idem, quod verbum simplex. Ap. Polyb. scriptum videmus *κατατολμάω τῶν πολεμίων* (3, 103, 5) vel *κ. τῆς πόλεως* (12, 9, 2). In libris Maccabaeorum (2, 3, 24; 5, 15) et Heliodori (7, 24) est pro verbo simplici. Utram significationem illud verbum hac in epistula habeat, non est perspicuum, quod locus corruptus est, neque multum refert. Sed alteram verbi simplicis requiri arbitror, cum subsequantur verba *καὶ δὴ ἐξηρτήσατο ἑαυτοῦ ἄλλην τέχνην* (aliam artem sibi alligavit). Formam *κατατετόλμηται* generis medii non passivi esse censeo, quod genus Polybio et Atticistis magno usui fuit pro genere activo [1]), de qua re infra agam.

περικρύπτω (XIV, 2). Non ante Luc. (D. mort. 10, 8) et Diog. L. (VI, 61).

ὑποτοπάζω (XIV, 6), conicio, coniector, suspicor. Primum ap. Phil. (p. 898 A.), tum ap. Dion. C. (78, 25). Saepius est in libris Byzantinorum [Joann. Dam. t. I, p. 489 E, t. II, p. 794 E; Theophyl. Simok. p. 47, 19; 113, 2; 163, 15; 171, 4; 192, 9; 205, 20]. Thesaurus dicit illud verbum inveniri etiam apud duos anonymos scriptores et legi posse apud Suidam sub voce *ἀτοπίας* et in Walzii rhetoribus Graecis vol. I, p. 643, 32. Quorum hic christianus fuit [2]), sed illius aetatem accuratius statuere non possumus, cum Suidas, postquam, notione substantivi *ἄτοπος* explicata, locum Aristophanis attulit, nihil dicat nisi *καὶ αὖθις· Ἀτοπίαν ὑποτοπάσας τινά.*

ἀφυπνόω (XVII, 2). Non ap. vett. Duae sunt significationes, altera obdormiscendi (Nov. T., Hel., Luc.), altera expergiscendi, quam habemus hoc loco, in Anth. Pal. (9, 517), in epigrammate quodam Antipatri Thessal., qui erat cliens L. Calpurnii Pisonis, ap. Hel. (aeth. 9, 12).

γανύσκομαι (XVIII, 1) = *γάνυμαι*, gaudeo, laetor. Non nisi hoc loco, ap. Themist. (21, p. 254 C), Synes. (de segnit. 39), Eustath. Coniunctum videmus cum genitivo [*τοῦ τόπου*] [3]).

ἐνεθίζω (XXVII, 2), idem, quod verbum simplex. Poll. (1, 200), Herodian., (6, 6, 2), Stob.

---

[1]) Schmid, I, p. 239; II, p. 49; III, p. 69; IV, p. 74; 598, 616 ss. Hatzidakis, Einleitung in die neugriech. Gramm. p. 199 s.

[2]) Walz, Rhett. Graeci, t. I, p. 579.

[3]) Eandem constructionem Suidas sub voce *μέλον* affert ex Agathia de verbo *γάνυμαι*. cf. Lobeck, Phryn. p. 224.

ἀποσχηματίζω (XXVIII, 2), formare. Hoc loco solo et ap. Philostr. (V. S. 2, 25). Substantivum *ἀπόσχημα*, effigies, scriptum est in scholio quodam Stobaei [ecl. vol. II. p. 463].

καταστρατηγέω (XXX, 14), bellica astutia superare. Non ante Polyb. (3, 71, 1), quem sequuntur recc.: Dion. Hal. (A. R. 4, 10), Diod. (11, 21), Strab., Plut., Phil., alii.

προεισβάλλω (XXXV), ante inicio vel insero. Non nisi ap. auctorem *περὶ ὕψ.* (22, 2). Substantivum *προεισβολὴ* ap. Cyrill. solum.

[**προσέρχεσθαι** (*τῇ φιλοσοφίᾳ*: I, 2). Vett. habent *πρ. πρός τι*. Plut. vero et alii recc. Diod., Philostr.) dativum cum illo verbo coniunxerunt. [Plut. *πρ. τῇ πολιτείᾳ* (Cat. min. 12), *πρ. τοῖς κοινοῖς* (Sol. 14), *πρ. τοῖς δημοσίοις πράγμασιν* (mor. p. 1059 E).]

ὑπαπήειμεν (I, 9), **ἐξῄει** (XIV, 5), **περιῄεσαν** (XVII, 2), **ᾔδειν** (IX, 3). Quas formas imperfecti et plusquamperfecti, veteribus scriptoribus inusitatas, invenimus ap. recc., imprimis in libris Novi Test. [1]).

σπουδάζομαι ὑπό τινος (II, 1) iuvari vel coli diligive ab aliquo. Strabo (17, p. 833) et Plut. (Them. 5; Pericl. 24; Cim. 4).

ἀγανακτέω πρός τινα (VI, 7). Vett.: *ἀγ. τινί*. Plut. vero (Cam. 28) et Herodian. exhibent *ἀγ. πρός τινα*.

βιοῦντες (XI, 7). Tempus praesens non est ap. vett., sed ap. recc. solos, ut ap. Luc. (adv. ind. 113, Philops. 53),

ἐντυγχάνω τινί κατ' ὄψιν (VI, 12). Quam locutionem non habemus in litteris Graecis nisi ap. Plut. (Lyc. 1).

ἀπέρρηκται (VII, 4). Hoc loco et ap. Phil. (vol. II, p. 510, 22) et Poll. (2, 29; 8, 152). Vett.: *ἀπέρρωγα*.

βιώσειν (XIV, 5). Futurum generis activi primum occurrit in libro Manethonis, qui *ἀποτελεσματικά* inscribitur. Sed cum hoc opus iniuria illi poetae, qui floruit circa medium saeculum tertium a. Chr. n., tribuatur, et cum tertio post Chr. n. saeculo scriptum esse viris doctis probatum sit [2]), primum exemplum nos deducit in Diogenis Laertii aetatem, quem alii secuti sunt. Mediam formam apud probatos rerum scriptores inveniri testatur Stephani thesaurus [3]).

διαμάχομαι πρός τινα (XVII). Saepius ap. recc. pro *διαμ. τινί* [4]).

---

[1]) Blass, p. 6, 53; 52.

[2]) Müller, F. H. G. II, p. 512.

[3]) cf. Schwidop, observ. Luc. I, 13; II, 29; Schmid, IV, 598.

[4]) Schmid, II, p. 242 et adn.

δεήσει (XXI, 3). Posteriores formam secundae personae medii in *-ει* terminant, imprimis Dio C. [1]) et Aristid. [2]).

ἠδυνήθη (XXIV, 1). Augmentum *η* verbi *δύναμαι* habemus aliquotiens ap. Luc. [3]), Aristid. [4]), Ael. [5]), Philostr.; etiam in titulis inde a saeculo tertio a. Chr. n. [6]). Semel ap. Aeschyl. (Prom. 206). Herod. hoc augmentum non usurpavit [7]).

ἔφης (XXIV, 1; XXXV). Quae forma secundae personae imperfecti saepius scripta est a recc. [Luc. Im. 468; Dial. mort. 409; 799; Aristid. XLVI, 319, 402] [8]).

Futurum ***τεθνήξομαι*** (XI, XIV, 6), quod dicitur tertium futurum, verbi *θνήσκειν* veteribus scriptoribus inusitatum erat. Sic certe nostris temporibus omnium consensu probatur. Inveniuntur in veteribus librorum editionibus nonnulla exempla futuri activi generis. In Aristophanis nubibus (v. 1376) Bothe et Reisig (1439, idem versus) scripserunt *τεθνήξει*, at in novissimis editionibus virorum doctorum, velut Blaydesii (v. 1436), van Leeuwenii, Hallii-Geldartii recta forma restituta est. Simili modo medium a librariis illatum est in Platonis Gorgiam (p. 469 D), ubi olim *τεθνήξεται*, nunc *τεθνήξει* legitur [9]). Lucianum verbo formam *τεθνήξω* Atticis veteribus, *τεθνήξονται* recentioribus tribuisse manifestum est. Nam ipse dicit [10]): *Ἀττικίζοντος δέ τινος καὶ „τεθνήξει“ ἐπὶ τοῦ τρίτου, „βέλτιον, ἔφη, καὶ ἐνταῦθα μὴ ἀττικίζειν καταρώμενον“*. Saepissime igitur genus medium usurpant scriptores secundi vel tertii p. Chr. n. saeculi. [Luc. D. mort. 348, 354, 355; Char. 500, 514; Pisc. 579; Tyrannic. 144, 155; Imp. conf. 636; Philops. 53 [11]); Ael. N. A. 55, 13; 80, 17; 123, 8; 288, 17; v. h. 87, 6; 131, 1 [12]); Flav. Jos. multis locis [13]).] Quas formas Atticistas eleganter scribendi causa adhibuisse testatur Schmid [14]), id quod etiam in scholio quodam Aeschinis legimus [15]).]

---

[1]) Schmid, I, p. 83.

[2]) Idem, II, p. 24; cf. Meisterhans [3], p. 165, 2.

[3]) Schmid, I, p. 229. [4]) Idem, II, p 22. [5]) Idem, III, p. 33.

[6]) Meisterhans [3], p. 169, 3.

[7]) Wilh. Schulze, Quaest. ep., p. 265, 1.

[8]) cf. Schmid, I, p. 233. [9]) Cobet, N. L., p. 264.

[10]) Luc. Pseudosoph. c. 7, ed. Dind. vol. III, p. 274.

[11]) Schmid, I, p. 242. [12]) Idem, III, p. 73.

[13]) Schmidt, p. 446 (397).

[14]) Schmid, IV, p. 616 s.; Cobet, Var. l. p. 316 [2].

[15]) Ad Aeschin. III, 41 (ed. Schultze, p. 322 ex.): *ἀποκηρύξάμενοι ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ κηρύξαντες. χαίρουσιν γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τοῖς παθητικοῖς.*

II. *ἱστορεῖσθαι* (I, 2; VI, 11), tradi vel memoriae prodi. Hac notione non ante Theophr. (H. Pl. 4, 13, 1). Saepius ap. Plut. et Luc. [Plut. mor p. 30 D, 227 E; Luc. Icarom. c. 11, de hist. conscr. c. 7].

ἐπιφύω (XIV, 4). Ap. Plat. et Herod. = insuper producere vel edere. Genus medium = insuper nascor (Arist.). Suidas explicat verbis *κατάρχεσθαι* et *ἐπιχειρεῖν*, invadendi, adoriendi, quae notio hoc loco requiritur (*οἱ δὲ ἐπέφυσαν* [*τῷ Σωκράτει*] *τότε δὴ μᾶλλον*). Vicinam notionem iam ap. Polyb. (12, 11, 6) invenimus: *ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν ἐπέφυ*, eandem vero ap. Plut. (mor. p. 694 E; Pomp. c. 51; Anton. c. 58).

ὑστερέω (XIV, 9). Ap. vett. (Herod. I, 70; Eur. Phoen. 977) = serius venire vel tardius advenire. Coniunctum cum genitivo vel personae vel rei (Herod. VI, 84; Xen. Hell. III, 5, 18) = serius aliquo venire vel aliqua re carere. Hoc loco legimus *Κλεόμβροτος καὶ Ἀρίστιππος ὑστέρουν, ὁ μὲν γὰρ Πλάτων ἐνόσει, τὼ ἑτέρω δὲ περὶ Αἴγιναν ἦσαν*. Scriptum est igitur pro verbo deesse vel non adesse, quem sensum habemus ap. Plut. et Dioscor. (V, 86) et ap. Ioann. evangelistam (23): *καὶ ὑστερήσαντος οἴνου λέγει ἡ μήτηρ τοῦ Ἰήσου πρὸς αὐτὸν· οἶνον οὐκ ἔχουσιν*.

παρακούω (XIV, 10). Ap. Herod. et Plat. = aliquid per occasionem audire; ap. Ar., Plat., alios = clam audire vel furtim audire; ap. Plat. et recc. = casu non recte audire; inde a Polybii aetate = audire nolle vel non oboedire (Polyb. 26, 2, 1; 5, 35, 5; Luc. Prom. 2; Muson. ap. Stob. flor. 79, 51), quod ipsum significat hoc loco: *οὐδὲ γὰρ πρόνοιάν τινα ἡμῖν ἐπέστειλε ποιήσασθαι τοῦ σώματος . . . ὅμως τῶν λόγων παρηκούσαμεν*.

ἀποτίνειν τὰς χάριτας (IX, 2). Haec locutio nusquam est nisi hoc loco et ap. Ael. (v. h. 4, 5).

τρέφω πώγωνα (IV, 3). *π. ἔχειν*: Herod. et Plat.[1]); *π. φύειν*: Herod. (VIII, 104); *π. καθιέναι*: Ar.; *π. τρέφειν*: hoc loco et ap. Lucill. (Anth. Pal. 11, 155); *πωγωνοτροφέω*: Diod. (4, 5; 20, 63), Strab. (15, p. 719), Plut. (apophth. p. 230 B); *πωγωνοτροφία*: Plut. (mor. p. 352 B).

βλασφημεῖν τινα (XXII, 2) Ap. vett. *βλ. περί, κατά τινος* vel *εἴς τινα*. Recc. coniungunt cum accusativo personae (Plut., Nov. T., App., alii).

λανθάνω (XXIII, 2) [*ὀλίγον δεῖν ἔλαθον γράψαι ὑμῖν*]. Infinitivus non est apud hoc verbum ante Plut. et eos, qui fabulas

[1]) Schmid, I, p. 175.

Aesopi ediderunt. Fortasse scriptum est pro genere medio, quod significat oblivisci aliquid. Sed hoc ipsum verbum raro invenimus in oratione soluta, saepius autem ap. Hom. et alios poetas.

ἐκδέχομαι (XXIV, 2) [*ἐκδέχου, ὅπως βούλει*]. Figurate: animo accipere, putare, ut est ap. Polyb., Diod., Iambl., alios.

περιάγω (XXVII, 2) [*περιάγων καὶ περιαγόμενος*], circumeo, circumvagor, quam notionem intransitivam non habemus nisi in libris Novi T. et ap. Cebetem, qui erat primo p. Chr. n. saeculo.

ἐγείρω (XXVIII, 2). Ap. vett. = somno excitare; hoc loco = aedificare, exstruere. Eandem vim huic verbo primus Call. (Ap. 64) substituisse videtur, sed illum versum genuinum esse Ruhnken negavit. Praeterea est semel in Anth. Pal., in carmine incerti auctoris, qui floruit circa annum 400 p. Chr. n. (9, 696). Ap. recc. passim: Poll. (7, 125; 1, 225); Dion. C. (42, 12; 62, 23; 42, 48), Herodian., alios.

μαλακῶς ἔχω (XXIX, 1) = *μαλακίζομαι*, aegroto. Suidas dicit (p. 691, ed. Bekk.): *ἐν ταῖς νόσοις φασὶν Ἀττικοὶ τὰς μὲν γυναῖκας μαλακίζεσθαι, τοὺς δὲ ἄνδρας ἀσθενεῖν.* Idem affert Phot. (I, p. 403 ed. Nab.). At posteriores, ut hic scriptor, illo verbo de viris utuntur. (Ios. Antt. XVIII., 6, 893). Locutio *μαλακῶς ἔχω* non legitur ante Luc. (de deor. 9, 1 et de vir. Gall. c. 9), Arr., Philostr. Est etiam in vita Homeri (c. 34), Herodoto tributa, quae scripta est Luciani aetate [1]).

πλουτεῖν πλοῦτον (XXIX, 4). Vett. coniunxerunt verbum *πλουτεῖν* cum genitivo. [Aeschyl. fragmt. 225, Xen. anab. VII, 7, 42; Arist. republ. I, c. 6], recc. cum accusativo. [Luc. Tox. c. 45: *πλ. ἀρετήν*, Themist. or. 1, p. 17 C: *πλ. φίλους*, 22, p. 267 A: *πλ. φιλίαν*]. Verba *πλουτεῖν πλοῦτον* ap. Luc. solum (Tim. c. 48; Prom. c. 15).

ἀναλύω (XXIX, 5). Est pro verbo moriendi, ut in libris Nov. T. et Atticistarum, qui vocantur [2]).

μηκύνω περί τινος (XXX, 5). Vett.: *μηκ. τι*, Diod. et alii recc. *μηκ. περί*.

διασκευάζω (XXX, 13), librum corrigere, retractare, iterum recensere, ut grammatici dicere solebant. Non ante Diod. (I, 5), Diog. L., Gal., Athen. (15, p. 663 C), Schol. ad Hom. B, 807; *Π*, 666; *Σ*, 356 [3]).

---

[1]) Christ-Schmid [5], p. 33, adn. 3. [2]) Schmid, p. 718, 719.

[3]) cf. Casaubonus ad Athen. p. 210, 212. cf. Lehrs, De Aristarchi studiis Homericis [3], p. 349, qui putat illam notionem ab Alexandrinis novatam esse.

ἐνεργεῖν (XXXIII). Ap. vett. [Lys., Arist., Theophr.] = *ἐνεργός εἰμι*. Hoc autem loco est verbum transitivum [*ὥστε μηδὲν ἔτι ἐνεργεῖν δύνασθαι*] = facere, perficere, efficere. Non ante Polyb., quem sequuntur Diod., Plut., Luc.

III. ***εὑρίσκομαι*** (I, 2: *εἰληφὼς εὑρεθήσομαι*, XXXII, 2: *εὑρίσκοιτ' ἂν οὖσα*]. Coniunctum cum participio apud poetas tragicos solos et recc. [Herodian. Nov. T., al.].

σύρω (IX, 1) trahere; primum ap. Theocrit. (saepius) et aliquoties in Anth. Pal. et recentiorum libris. De veste non nisi ap. Theocr. (2, 73), Dion. C. (46, 18), hoc loco.

ἥδομαι (XVII, 3). [*τῆς ἀφίξεως.*] Genitivum semel scripsit Soph. (Phil. 715) [1]).

ἐκρίπτω (XVII, 4), proicere. Soph. (El. 512, O. T. 1412), Aeschyl. (Prom. 932); recc. inde a Polybii aetate.

ἰσχύω *ἐπικουρεῖν* (XXI, 3). Ap. vett. (Soph., Xen., al.) usurpatum est intransitive, uno loco Batrachomyomachiae excepto. Recc. huic verbo infinitivum addiderunt. [Plut., Diog. L., Sext. E., Aristid., Dion. Chrys.; saepe in libris Novi T. [2])].

διαπίπτω περί τινος (XXII, 2). Ar. (eq. 692) et recc [Plut. p. 181 B; Diog. L. (5, 6) Arr., Epict. 2, 22, 26].

μισέω συνεῖναι (XXIV, 1). Coniunctum cum infinitivo legimus ap. Eur. (Rhes. 333), Ar. (av. 36); cum acc. c. inf. ap. Hom. (Il. 17, 272).

ἐκπυνθάνομαι (XXVIII, 1). Non nisi ap. poetas [Eur., Ar.] et recc. [Plut., Luc.].

ἱστορέω (XXVIII, 1), narrare. Poetis exceptis non invenimus ap. eos, qui elegantem linguam Atticam praebent. Saepe est ap. posteriores, imprimis ap Plut., quem sequuntur Luc. et Herodian.

κρίνω (XXIX, 2), interrogare. Ap. Soph. solum (Ant. 399, El. 1445, Ai. 586).

χάριν διδόναι (XXX, 5). Hom. Soph. et recc. [Plut., Nov. T.].

IV. ***κακοδαιμονέω*** (IX, 1, 1, 3). Semel ap. Xen. (Hier. 2, 4). Passim ap. recc. inde a Philonis aetate [3]).

λούομαι (IX, 2) lavari. [*ἀπὸ τᾶς Ἐννεακρούνω λούου τε καὶ πῖνε*]. Cui verbo praepositionem addiderunt Herod. (semel: 3, 23),

---

[1]) cf. Thesaurum, IV, p. 108: „cum gen. coniunctum hoc unum est exemplum."

[2]) Schmid, II, p. 219. [3]) cf. Lobeck, Phryn., p. 81.

Call. (Del. 124); Plut. (mor. p. 264 C); *πίνω ἀπό*, quae constructio hoc loco requiritur, non est nisi ap. Hom., Luc, Athen.

ὑποτιμάω (XIV, 4). Ap. Alex. (Athen. VI, p. 226, B_2) = aestimare vel iudicare, eadem notio est ap. Arist. [oec. 2, 5, p. 1347 a, 22, 35; p. 1353, a, 12). Hoc loco = *ἀντιτιμᾶσθαι*, litem sibi aestimare (*τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως ὑποτιμῶμαι ταύτην τὴν δίκην*). Primum est in Socratis apologia, quae Xenophontis esse dicitur (23), quo ex libro scriptor illa verba petivit; deinde ap. Poll. (8, 63). Substantivum *ὑποτίμησις* passim ap. recc., non ap. vett.

ἀνίεμαι (XIX), dicari. Semel ap. Herodot. (2, 65) et Plat. (legg. 6. p. 761 C), ap. poetas (Soph. Ai, 1193, 1215; Eur. Phoen. 947; Call. Cer. 47). Saepe ap. Plut. et alios recc. Hoc loco legimus *ἀνεῖται ὁ χῶρος ἱερὸς εἶναι*. Fortasse scriptor, cum quid locutio, quam invenerat in veterum libris, significaret, non iam intellegeret, ratus verbum idem esse atque permittere sacerdotibus, infinitivum adiecit.

ἀδικήσονται (XXI, 2). Futurum medium, quod vere Atticum esse putabatur [1]), saepe adhibitum est a recc. pro forma passiva, quamquam a vett. raro scriptum est. [Thuc. bis: V, 56, 2; VI, 87, 4; Eur. Iph. A. 1436; Xen. Kyr. 3, 12, 18; Plat. Gorg. p. 509 D].

ἀμαθαίνω (XXIV, 1), in ignorantia versor. Ap. Plat. solum et recc. [Phil., Themist., Plotin., Aristid., Poll., al.].

ἀπαντᾶσθαι (XXIX, 1). [*οὐκ εὖ σοι ἀπαντᾶσθαι παρὰ τῶν ἐπισκόπων*]. Genus activum = contingere, evenire coniunctum cum subiecto rei perraro ap. vett. [Ar. Lys. 420; 940; Bion. 4, 7; Plat. Phaedr. p. 101 A), crebro ap. recc. Passivo haec notio subiecta est non ante Polyb. et ceteros recc.

κατασιωπάω (XXX, 3). Verbum transitivum usurpant Isocr. solus idque semel (IV, 27) et recc., ut Diod. et Plut.

μυθεύω (XXX, 9), narro = *μυθέομαι*. Eur. (tris) Arist. (semel) et recc. [Strab. 1, p. 43, Luc. (Halc. 1; Philops. 1)].

γίνομαι (V, 2; VI, 3; 10; XIV, 6; 8; XV, 1; XXX, 4; 5; 7; XXX, 1; 2; XXXII; XXXV (bis)). Si codicibus confidere debemus, haec forma mihi digna esse videtur, quae commemoretur. Nam a dicendi genere veterum Atticorum abhorret, id quod ipsis ex

[1]) Schmid, I, p. 239; IV, p. 75, 617. cf. Dindorf, praef. ad Diod. p. 14.

inscriptionibus Atticis, quae usque ad finem quarti a. Chr. n. saeculi formam *γίγνομαι* solam praebent, facile intellegitur [1]).

Idem dicendum est de verbo *γινώσκειν*, quod ter invenimus: XIV, 7; XXIII, 2; XXXV.

Hoc loco nonnulla verba composita addam, quae pro verbis simplicibus usurpata sunt. Hanc ipsam esse proprietatem posteriorum temporum nemo nescit [2]). *παρακατατίθεμαι* (I, 2, 3), *χρείας ἐκτελεῖν* (5), *ἀποκοιμίζομαι* (6), *συναπετρέποντο* (9), *διεσώθημεν* (9), *περικατάληπτος* (9), *ἐφυβρίζω* (12), *ὑπονοείσθω* (14), *Ἐξορμήσεσθαι πρὸς τὰ πολιτικὰ* (IV), *τὸν ὑφηγησόμενον* (IV), *Ἀπηγγέλλετο* (V, 1). *καταμέμφομαι* (1), *προσδεῖται* (2), *Προσπαίζων* (VI, 1), *προσεπιθεωρεῖν* (2), *ἀπαρκεῖ* (2), *ἀμφιέννυσθαι* (2), *περιγίνεσθαι* (3), *καταφεύγουσιν* (3), *ἀποδέχομαι* (3), *ἐκφεύγει* (3), *ἀπεικάζω* (4), *ἐξομοιόω* (4), *μεταδιώκειν* (4), *μεταπείθω* (5), *ἐκτίνω δίκην* (6), *ἐκτρέφειν παῖδα* (7), *ἐξαρκεῖ* (7), *ἐλλείπομαι* (8), *μεταχειρίζω* (8), *ἐπιποθεῖται* (10), *ἐπισκεψόμεθα* (12), *ἐπιζητέω* (12), *Ἀνακαλεσάμενοι* (VII, 1), *διήγγελλον* (3), *καταφεύγω* (3), *ἀπεδέξαντο* (3), *ἀπαγγέλλω* (4), *παραφαίνεται* (4), *ἐξηπατηῆσθαι* (5), *Ἀποτίνω τὰς χάριτας* (IX, 2), *ἐπαρῶμαι* (3), *ἐπιδείξασθαι τὸν Ἡρακλέα* (4), *Ἐξηπάτηται* (X), *Ἀναζητέω* (XI), *Ἀπελέγχω* (XIII, 1), *ἀποδέχομαι* (2), *Ἀπαγγελοῦντα* (XIII, 1), *παρεμεινάτην* (1), *ἐξηρτήσατο* (2), *περικρύπτομαι* (2), *ὑποτιμῶμαι* (4 bis), *ἐπάρατος* (5), *περιειλκόμην* (5), *ὑποτοπάζω* (6), *διασκοπεῖν* (6), *ἐξαπατάω* (8), *καταθάπτω* (9), *ἐγκαταλείπω* (10), *Ἐπισυνίσταμαι* (XV, 1), *παρατίθημι* (2), *περιπίπτω* (3), *Διαδιδράσκω* (XVI), *καταπροδοθείη, ἐπιμέμφεσθαι* (XVI), *Διαμάχομαι* (XVII), *προσηγγέλθη* (3), *διαπυθόμενος* (3), *περιασπάζομαι* (3), *διέφαγον* (4), *Καθιδρύω* (XVIII, 1), *ἀνασώζομαι* (1), *διαπέμψομαι* (2), *ἐξειδέναι* (2), *Διαβόσκω* (XIX), *Εἰσάγω* (XXIII, 2), *ἀνοπέμψει διάλογον* (2). *ἐπιδείκνυμαι* (3), *Συνέγνων ὅτι* = intellego (XXIV, 2), *διεβίων, ἐκδεχομαι* (2), *Τὴν ἐνδεχομένην σπουδὴν* (XXV), *Ἀναγγέλλω, διαμένετε* (XXVI), *Ἀποκρύπτομαι* (XXVII, 1), *διορθόομαι* (2), *καταπροδίδωμι* (2), *ἐνεθίζω* (2), *Ἐκπυνθανόμενος* (XXVIII, 1), *ἀποσχηματίζω* (2), *ἐπιδείκνυται* (2), *Παραγενέσθαι εἰς* (XXIX, 1), *ἐξάγω τὰ κατὰ τὸν βίον* (2), *Διάκουσον* (XXX, 1), *ἐξαγγέλλω* (3), *κατασιωπάω* (3, 5), *ἀποφαίνομενον* (4), *πόλεμον ἐξενέγκειν* (5), *παρακαταθέσθαι* (6), *ἀπολαμβάνω* (6), *ἐξαγγέλλω* (7), *διαγωνίζω* (9), *καταγεράω* (10), *καταμάθοις* (11), *ἀπέδειξεν* (11), *παραναγνῶναι* (12), *ἀπέσταλκεν* (13), *διασκευάζω* (14), *καταστρατηγέω* (14), *Ἐνδεδεῖχθαι* (XXX, 1), *ἐξισοῦσθαι* (1), *Παρα-*

[1]) Meisterhans[3], p. 75, 4; Schmid, IV, p. 579; Mayser, p. 165; Schweizer, p. 128; Croenert, Memoria Graeca Hercul., p. 91. [2]) Schmid, IV, p. 441.

γενόμενον εἰς (XXXII, 1), *Ηερίεστιν ἐν* (XXXIV, 1), *διέμεινα* (2), *συντελέω* (2), *διάγεσθαι* (3), *Συμπαρασκευασμένος* (XXXV), *συναποστέλλω, συνεπιμελεῖσθαι* (XXXV), *Προεισβάλλω, ἐξηπατήθης, ἐκπορεύη, ἀποπορεύη, καταδείκνυμαι, ἀνακηρύξω* (XXXVI), *κατυχών* (XXXVII).

4. De adverbiis.

Horum ordo idem est atque aliarum vocum.

I. ***ἄχρι νῦν*** (VII, 3). Praepositioni *ἄχρι* adverbium temporis vel loci non additum est ante Plut. et Luc.; ***ἄχρι δεῦρο*** (XV, 1) non habemus ante Plut. Gal.

παρ' ἕκαστα (XIII, 2 et XXI, 1) = *ἑκάστοτε*, quo adverbio Hesychius explicat. Primum ap. Polyb., qui eo saepius utitur. (3, 57, 4; 4, 82, 5; 5, 4, 11; 5, 11, 2; 9, 31, 4).

περικειμένως et paulo infra ***ὑποτιθεμένως*** (XIII, 2). Eiusmodi adverbia, derivata de participiis, quae ap. vett. rarissima sunt, inde ab Aristotelis temporibus saepius adhibentur [1]). Recc. multa nova formaverunt, qua in re excellunt ceteris Ael. [2]), Aristid. [3]), Philostr. [4]). Illud *περικειμένως* est ap. Cass. Fel. solum (probl. 1, p. 331, 13). [Philostr.: *ἐκκειμένως* (v. S. 100, 32)], cum *ὑποτιθεμένως* nusquam legamus [5]).

τυχὸν ἴσως (XIX, 2), pro simplici adverbio. Non ante Polyb., Strab., Luc.

II. ***ἐπάνω τοῦ πλούτου*** (XX). Ap. vett. = supra (Her., Ar., Plat.). Figurate *ἐπ. εἶναί τινος* = contemnere aliquam rem, primum ap. Plut. et Diog, L., qui exhebet, *ἐπάνω τῶν χρημάτων* (6, 28), quae verba proxime ad illa accedunt.

III. ***οἷονει*** (XIX, 2). Non ante Antiphanem, poetam mediae comoediae; tum ap. Polyb., auct. *περὶ ὕψ.* (13, 2; 15, 5; 32, 2; 3); passim ap. recc. [6]).

κεῖθι (XXVIII, 1) = *ἐκεῖθι*. Hom., Pind. et Luc., Ael., Alciphr., Themist. [7]).

IV. ***παραυτά*** (XI). Semel ap. Aeschyl. (Agam. 337) et Dem. (23, 157). Saepius ap. recc. (Polyb., Luc., Ael.) [8]).

---

[1]) Droysen, Zeitschrift f. Altertumskunde, p. 700. cf. Lobeck, Phryn., p. 119.
[2]) Schmid, III, p. 77. [3]) Idem, II, p. 55.
[4]) Idem, IV, p. 78 s. [5]) Idem, IV, p. 620.
[6]) Schmid, III, p. 248; IV, p. 713.
[7]) Idem, I, p. 334.
[8]) Idem, I, p. 342; III, p. 250; IV, p. 713.

εἰς τὸ νῦν (XV, 2; XXIV, 2) [1]). Perraro ap. vett., crebro ap. Atticistas (Aristid., Philostr., Ael.) [2]) invenitur.

δίχα (ἐμοῦ) (XXII). Phryn. (in Bekk. aeecd. I, p. 36, 13) dicit: *δίχα· δύο σημαίνει, τὸ μὲν διχῇ, διπλοῦν, οἷς εἰς δύο μέρη· τὸ δ' ἕτερον ἀντὶ τοῦ ἄνευ, χωρίς.* Prior notio saepius est ap. vett., altera perraro (Xen. Kyr. 8, 7, 20), sed crebro ap recc. (Dion. Chr. [3]), auct. *περὶ ὕψ.* (15, 5), Luc.).

Ad extremum nonnulla dicam de tribus adverbiis, quae, cum usitata fuissent veteribus scriptoribus, deinde abolita, ab Atticistis revocata et in deliciis habita sunt.

δσημέραι (IX 1): Dem., Plat., Thuc. [4]) et Dion. Chr. Aristid., Ael., Philostr. [5]). Non est in Novo T. Moeris dicit (p. 205, 13 ed. Bekk.): *ὁσημέραι Ἀττικοὶ, καθ' ἡμέραν Ἕλληνες.*

αὖ πάλιν (XII, XX, 2). Quod adverbium posterioribus temporibus non iam fuisse ostendunt verba Harpocrationis, qui illud explicat hoc modo (p. 40, 17 ed. Bekk.): *Δημοσθένους ἀντὶ τοῦ πάλιν . . .* [6]). Usui fuit Luc., Aristid., Ael. [7]). In Theophrasti libris semel: *αὖ πάλιν*, bis *πάλιν αὖ* [8]), in Novo T. omnino non invenimus.

οὐκ εἰς μακράν (XV, 1; XXIV, 2; XXIX, 1). Ap. Aeschyl. semel (Suppl. 925), [quinquies: *μακράν*]; Ar. semel: *οὐκ εἰς μακράν* (Vesp. 454), bis: *οὐ μακράν* (Av. 1184; Ran. 438), bis: *μακρὰν ὁδόν* (Pax 825; Eq. 621). Saepius est ap. Dion. Chrys., Luc., Aristid., Ael. [9]). Illud adverbium Atticismum esse contendit Greg. Cor. p. 33 (Schaefer) [10]).

Hoc loco liceat nonnulla verba cum duabus praepositionibus composita afferre. *ἐγκαταλείπω* (XIV, 10), *ἐπισυνίστημαι* (XV, 1), *καταπροδίδωμι* (XVI, XXVII), *παρακατατίθεσθαι* (I, 2, 3; XXX, 7), [*παρακαταθήκη*: XXX, 6, 7], *παραναγινώσκω* (XXX, 12), *παρεξιέναι* (VI, 11), *προεισβάλλω* (XXXVI), *προσανέχειν* (VIII), *προσαποστερέω*

[1]) Krueger, Griech. Sprachl.[5] § 66, 1, 2. Krebs, Die Praep. bei Polyb., p. 16.
[2]) Schmid, II, p. 237; III, p. 282; IV, p. 455. [3]) Idem, I, p. 115.
[4]) Ahrens, Kl. Schriften, I, p. 66.
[5]) Schmid, I, p. 129; II, p. 135; III, p. 143; IV, p. 209.
[6]) Idem, I, p. 182. [7]) Idem, I, p. 424; II, p. 303; III, p. 332.
[8]) W. Müller, De Theophr. dic. gen. p. 29.
[9]) Schmid, I, p. 274/75; II, p. 127, 128.
[10]) Idem, II, p. 127. Usener, Der hl. Theodosius, p. 178: *οὐκ εἰς μακράν*, alte attische Wendung und danach von den Attizisten aufgenommen. Schmid, I, p. 89: Ein Attizismus und der neutestamentlichen Gräzität fremd ist der von räumlicher Bedeutung ausgehender Akkusativ feminaler Adjektive, welcher namentlich vorkommt in der Wendung *μακρὰν* und *οὐ μακράν*.

(I, 3), *προσεπιθεωρεῖν* (VI, 2), *συμπαρασκευάζομαι* (XXXV), *συναναρτάω* (VI, 10), *συνεπιμελεῖσθαι* (XXXV), *συναποστέλλω* (XXXV), *συναποτρέπω* (I, 9), [*εὐκαταφρόνητος*: XXXVI].

Haec verba, quae omnia fere apud vetustos rerum scriptores inveniuntur, quamquam singula non magni momenti esse videntur, tamen cuncta multum valent ad aetatem epistularum illustrandam, quod eiusmodi verbis formandis recentiores studebant [1]).

Sed haec attulisse de vocabulorum copia satis sit. Luce clarius demonstrant has epistulas Socratis et Socraticorum aetate compositas non esse. Praecipue propter eas voces, de quibus singulis in partibus primum disserui, et propter tria adverbia, quae extrema enumeravi, facere non possumus, quin Plutarchi vel Luciani aetati attribuamus, ultra quam progredi non necesse est. Ut enim complura verba inveniantur, quibus iam Polybius utitur, tamen haec omnia etiam apud unum alterumve recentiorum scripta videmus.

b) De syntaxi.

Praeterea multa alia argumenta afferre possum, quibus, quo iure illud dixerim, appareat. Primum videamus, qua ratione in syntaxi usurpanda usi, sint ii, qui Socratis et Socraticorum epistulas composuerunt.

1. De articulo

Articuli usus apud nostros auctores liberior est quam apud veteres, qua in re consuetudinem recentiorum sequuntur. Persaepe deest articulus: *ἄπειρος ὢν ἱππικῆς* (I, 11), *πᾶσιν ἀνθρώποις* (VI, 5), *ἅπαντας Ἀθηναίους* (XIII, 2), *ζῇ γὰρ ἀπὸ βυρσοδεψικῆς* (XIV, 2), *νῦν γὰρ θάνε Ὀλύμπια* (6), *ἀπαρνῆται ποιητικήν* (XV, 3), *ἅπαντας ἀνθρώπους* (XVII, 2) [fortasse = homines cuiusvis ordinis], *πάντων ἀνθρώπων* (XVII), *περὶ Ἰταλίαν πᾶσαν* (XXII, 2), *οὗτος Αἰσχίνης* (XXIII), *Ἀρίστιππος οὗτος* (2), *ἐμὸν βούλευμα* (XXIX, 3), *Μακεδόνες πάντες* (XXX, 7).

Duobus locis articulus falso positus est: *Ἔσται **ὁ** σωφρονιστὴς . . . Ἀντισθένης* (XII), *Ἦν μὲν γὰρ **ἡ** ῥίζα τῆς γραφῆς Ἄνυτος* (XIV, 2) [2]), cum compluribus supervacaneus sit: *ὁ Χαρικλῆς* (VII), *τὸν Σίμωνα* (XI), *τὸν Γέταν* (XIV, 1), *τῇ Ἀρτέμιδι* (XVIII, 1), *τῆς Ἀρ-*

[1]) Schmidt, p. 526; Schmid, IV, p. 704, 708. Cobet. Var. lect., p. 75, 2: addebant monstra verborum a se stolide ficta. cf. Rieder, Über die mit mehr als einer Präposition zusammengesetzten Verben im griechischen Text des Neuen Testaments.

[2]) Schmid, IV, p. 64, 611. Blass, Gramm. des neutestamentl. Griech. p. 48, 49.

τέμιδος (XIX), *ὁ Διονύσιος, ὁ Ἀρίστιππος, τοῦ Διονυσίου* (XXIII, 1), *ὁ Διονύσιος, τοῦ Ἀλκιβιάδου* (2), *τοῦ Διονυσίου, ὁ Διονύσιος, τῷ Πλάτωνι, τὸν Ἀρίστιππον, τὸν Πλάτωνα* (3), *τοῦ Ἀθηνοδώρου* (XXVI), *τὴν Μέμφιν* (XXVIII, 3), *τοῦ Διονυσίου* (XXIX, 1), *τὸν Ἀρίστιππον* (3), *τὸν Βάττον* (XXX, 11), *τῷ Γηρυόνῃ* (XXXV), *τὸν Φιλιστίωνα* (XXXV).

Neque sibi constant auctores [1]). Legimus *Λέοντα, Σωκράτους*: *ὁ Χαρικλῆς* (VII, 1); *τοὺς Λακεδαιμονίους* (bis): *Κορινθίων καὶ Θηβαίων* (3). *Οἱ περὶ Γρύλλον*: *τὸν Γέταν* (XIV, 1). *Ἀριστίππῳ, Διονύσιον*: *ὁ Διονύσιος, ὁ Ἀρίστιππος* (XXIII, 1), *ὁ Διονύσιος*: *Ἀριστίππου* (bis) (2). *Τοῦ Ἀθηνοδώρου*: *περὶ Διονύσιον* (XXVI). *Νὴ τὸν* [2]) *Δία*: *πρὸς Διός* (XXVII, 1). *Οἱ περὶ Ἡλιούπολιν*: *τὴν Μέμφιν* (XXVIII, 1, 3). *Ἀπ' Αἰγύπτου* et *περὶ Αἴγυπτον*: *τὴν Αἴγυπτον* (1, 3). *Τοῦ Διονυσίου* et *τὸν Ἀρίστιππον*: *Ἀρίστιππον* (XXIX, 1, 3, 2). *Οἱ Ἕλληνες* (bis) et *τῶν βαρβάρων*: *Ἀθηναίων* et *βαρβάρων* (XXX, 3, 11). *Τοῦ Βριαρέω*: *Κέκροπος, Φιλιστίων*: *τῷ Γαρότᾳ* (XXXV).

Κἀκεῖνοι τὴν ἐξ ἀρετῆς ἀληθινὴν δόξαν ἀπολωλεκότες εἰς τὴν ἐκ τῆς ἀρεσκείας καταφεύγουσιν (IV, 3). *Οὔτε πενίαν οὔτε τὴν τέχνην* (XVIII, 2), *Κατὰ μέρος καὶ κατὰ τὸ ὅλον* (XXVIII, 1).

Neglegentia articuli ponendi maxima erat primo p. Chr. n. saeculo [3]). Cum etiam in praeceptis rei publicae Romanae, quae Graeca lingua scripta sunt, persaepe articulus desit [4]), id quod Romanis facile ignoscimus, Schmid [5]), cui fortasse assentiendum est, putat neglegentiam exortam esse, quod lingua Latina ea aetate omnibus Graecis eruditis nota esset, ego autem illam neglegentiam non minime sermoni vulgari deberi arbitror, quod in inscriptionibus ipsis articulus saepe omittitur, ac ne terrarum quidem nominibus vel gentium adiungitur [6]).

2. De pronominibus.

Pro numero plurali primae personae pronominis reflexivi substituta est forma tertiae personae in quinta epistula et in vicesima altera: *Ἐπείπερ ἅπαξ εἰς τοῦτο ἑαυτοὺς ἔδομεν* (V, 2), *ἡμεῖς ἑαυτοὺς πείθομεν* (XXII, 2) et simili modo tertiae personae forma pro secundae numeri singularis et pluralis: *εἰ μὴ . . . αὐτῇ παρέχοις*

[1]) Hoc loco exempla singularum epistularum affero.

[2]) Articulum in eiusmodi verbis iurisiurandi Demosthenem omisisse testatur Blass, Demosthenische Studien. Rh. M. 44 (1889), p. 11.

[3]) Schmid, IV, p. 614.

[4]) Viereck, Sermo Graecus, quo senatus populusque etc., p. 60 ss.

[5]) Schmid, III, p. 64. [6]) Meisterhans, p. 225.

(XXI, 2), *εὖ ποιεῖτε ἔχοντες ἐν αὑτοῖς* (XV, 2). Quae loquendi consuetudo a vetere usu maxime abhorret. Sed eius dictionis, quae cum esset propria sermoni cotidiano, quamquam non est negandum etiam apud poetas tragicos et aliquoties apud ipsum Isocratem [1]) eam inveniri, paulatim in libros recentiorum auctorum irrepsisse videtur, permulta exempla habemus apud posteriores velut Polyb.[2]), Dion. Chr., Luc.[3]), Flav. Jos.[4]), in papyris illius aetatis [5]) [6]).

Reflexivi formam *σφᾶς* scriptam videmus in sexta epistula (VI, 11), ubi consuetudine veterum forma pronominis demonstrativi *αὐτοὺς* requiritur. Legimus enim: *Τὸ γὰρ ἐν τῇ ψυχῇ συγγενὲς ἀναγκάζει σφᾶς βοηθεῖν τῷ τοῦ τετελευτηκότος υἱεῖ.* Hoc ipsum est proprium dicendi usui recentiorum neque raro a Strabone et Onosandro usurpatur, qui scribunt *σφᾶς, σφῶν, σφίσι* pro *αὐτοὺς, αὐτῶν, αὐτοῖς* [7]). Atque etiam formas *μὶν* et *σφὶν* nonnulli adhibent[8]).

Hoc loco nonnulla de adiectivo *ἴδιος* addenda esse puto, quod quinquies usurpatum est pro pronomine reflexivo. I, 3: *εἰκὸς φίλους πολλὰ τῶν ἰδίων προήσεσθαι,* VI, 10: *οἱ σοφισταὶ δεδοίκασιν περὶ τῶν ἰδίων,* VII[b]: *ἄμεινον μέντοι τοῖς ἀλλοτρίοις ἁμαρτήμασιν ἀποθανεῖν ἢ τοῖς ἰδίοις σωθῆναι,* XIV, 2: *οὐδὲν ἴδιον εἶχε,* XXV: *τῇ ἰδίᾳ φύσει.* Hoc genus dicendi, quod non habemus in litteris Graecis nisi ap. recc., vituperatur a Phrynicho (p. 441) his verbis: *τὰ ἴδια πράττω καὶ τὰ ἴδια πράττεις οἱ πολλοὶ λέγουσιν εἰκῇ, δέον τὰ ἐμαυτοῦ πράττω καὶ τὰ σεαυτοῦ πράττεις λέγειν, ὡς οἱ παλαιοί.* Qui usus etiam in inscriptionibus Atticis inde ab anno a. Chr. n. septuagesimo invenitur[9]), saepissime autem occurrit ap. recc. velut Jos.[10]), Plut.[11]), in Novi T. libris[12]), in papyris[13]).

3. De genitivo absoluto.

Genitivum absolutum epistolographi nostri adhibuerunt, ubi secundum normas grammaticas participium coniunctum postulamus, quod iam in eodem enuntiato subiectum ablativi absoluti alia forma exstat. Legimus: *καὶ ἐμοῦ ἀπολογουμένου ἐμὲ ἐκέλευον* (VII, 1).

[1]) Isocr. 2, 38: *ἃ τοῖς αὑτοῦ παισὶν ἂν συμβουλεύσειας.* 11, 47: *δίελθε πρὸς αὐτών.* 19, 23: *ὁρῶν τὴν μητέρα τὴν ἑαυτοῦ* (pro *ἐμαυτοῦ*). 5, 129: *ἐγὼ ἐπεχείρουν διαλέγεσθαι πρὸς τὴν πατρίδα τὴν αὑτοῦ* (sic in *Γ*, om. *Λ. Λ. Π*).

[2]) Stich, De Polybii dicendi genere, p. 24.

[3]) Schmid, I, p. 82, 228. [4]) Schmidt, p. 368. [5]) Mayser, p. 303.

[6]) Dyroff, Gesch. des Pron. refl., p. 7 ss.

[7]) Croenert, p. 197, adn. 2. [8]) Radermacher, Rh. M. 54, p. 371

[9]) Meisterhans[3], p. 235 (§ 87, 3).

[10]) Schmidt, p. 369. [11]) Wyttenbach sub voce *ἴδιος*.

[12]) Blass, p. 147. [13]) Mayser, p. 308.

Quam consuetudinem sermonis cotidiani etiam alios recentiorum velut Polyb.[1]), Jos.[2]), scriptorum librorum sacrorum[3]), secutos esse scimus.

4. De concinnitate interrupta.

Saepe duorum substantivorum alterum per ambitum novi enuntiati exceptum esse videmus, quod incipit coniunctione *ὅτι* vel pronomine relativo. Haec circumlocutio cum dicendi genere posteriorum scriptorum, ut Aristid.[4]) et Philostr.[5]) congruit. Licet nonnulla exempla afferre: ***Πολλὰ*** *δὲ πολλοῖς τῶν ποιητῶν εἴρηται καὶ* ***ὅτι*** . . . (I, 8), *ἐταράττοντο δὲ καὶ τοῖς λόγοις τούτοις καὶ ὅτι ἤγγελτο* (VII, 3), *οἶσθα τὴν ἑταιρείαν καὶ ὅτι* (X), *ἐμάθομεν τὰ περὶ τᾶς τελευτᾶς καὶ ὅτι* . . . (XVI), *ᾔσθοντο τοῦτο καὶ ὅτι* (XVI, 4), *εἰδὼς ὅπως εἶχες καὶ ὅτι* (XVII, 1), *διὰ τὴν συνήθειαν* . . . *καὶ διότι* (XXVI), *ᾤμην δεῖν γράψαι πῶς διακείμενος τυγχάνω καὶ διότι* (XXXII, 1), *διὰ πολλὰ καὶ διότι* (XXX, 1), *οἶμαι φανερὰν εἶναι καὶ ὅτι* (XXXIV, 1), *ὁρῶ τὰς φρονιμωτάτας συμβούλῳ χρωμένας* . . . *καὶ ὅσαι ἂν πράττωσιν* . . . (I, 8), *περὶ δὲ τοῦ χρηματισμοῦ καὶ περὶ ὧν προσπαίζων ἔγραφες* (VI, I), *οὐ τὰς τῶν ζώντων μόνον δωρεὰς τῶν φίλων, ἀλλὰ καὶ ὅσας ἂν τελευτῶντές μοι ἀφῶσιν, παραιτοῦμαι* (VI, 1).

5. De periphrasi loquendi.

Permulta exempla inveni, quae demonstrant eos, qui has epistulas scripserint, in deliciis habuisse verba simplicia duobus aliis exprimere, qui usus recentiorum proprius est[6]).

ποιεῖσθαι vel ***ποιεῖν***: *κοινωνὸν ποιεῖσθαι* (VII, 2), *θανάτους ἀκρίτους ποιεῖσθαι* (3), *θεραπείαν ποιούμενος* (5), [*τὰν τέχναν*] *θαυμασίαν ποιῶ* (XIII, 2), *κωλύμην ποιήσασθαι* (XIV, 1), *δέος ἐποιοῦντο* (4), *πρόνοιαν ποιήσασθαι* (10), *δεινὸν ποιεῖσθαι* (XV), *δι' ἔρωτος ποιεῖσθαι* (XVII, 4), *ἀρχὴν ποιούμενος* (XXV), *σπουδὴν ποιεῖσθαι* (XXV), *φανερὰν ποιῆσαι* (XXX, 2), *ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι* (XXXIV, 1).

εἶναι: *παλιμπράτην εἶναι* (I, 1), *εἶναι πρόσθεμα καὶ παράσιτον* (I, 4), *ἕτερον εἶναι* (XIV, 8), [*ἡ στρατεία*] *ἦν ἐμπόδιον* (10), *ὑπεροπτικὴ οὖσα* (XXIX, 2), *κατήκοον εἶναι τοῦ ἀδελφοῦ* (XXXI. 1) *προσῆκον εἶναι* (XXXII, 2), *ἐπιμελὴς εἶναι* (3), *ἀξιήκους εἶναι* (XXXV, XXXVI).

---

[1]) Kaelker, Quaestiones de elocutione Polyb., p. 281 s.

[2]) Schmidt, p. 435.

[3]) Winer, Gramm. des neutestamentl. Sprachidioms[6], § 30, 10. adn. p. 195, 7.

[4]) Schmid, II, p. 306. [5]) Idem, IV, p. 524.

[6]) Schmid, II, p. 115; Schmidt, p. 396 s., qui alios libros affert.

γίνομαι: *περικαταλήπτους γενομένους* (I, 9), *τὸ γινόμενον ἡμῖν πάθος* (XIV, 6), *τούτῳ πειθήνιος ἐγίνετο* (8), *ἔρημοι γενόμενοι τοῦ βοηθήσοντος* (XXI), *ἡ ἀρχὴ γέγονε* (XXV), *τὰς γεγενημένας διαβολὰς* (XXX, 2), *διάφορος γένωμαι* (XXXIV, 3).

ἔχω: *προκοπὴν ἔχομεν* (XXVII), [*τὸ σύμπαν*] *κίνησιν ἔχει* (YXVII, 1), *τιμὴν ἔχειν* (XXIX, 2), *πρόνοιαν ἔχειν* (XXXIV, 1).

ἄγω: *σχολὴν ἄγειν* (I, 3), *παρρησίαν ἄγειν* (I, 8, XXXV), *ἡσυχίαν ἄγουσιν* (VIII, 4), *πορείαν ἄγειν* (XXIX, 6).

συμβαίνω: *ἀπεχθάνεσθαι μοι συμβαίνει* (I, 7), *δεῖσθαι συμβαίνει* (VI, 3), *ἐμοὶ συνέβη ὑποπτευθῆναι* (VII, 1).

ἔρχομαι: *εἰς τὸ δεινότερον ἔρχεται* (IX, 1), *ἔρχεται εἰς ἀτοπήματα* (IX, 3).

Varia verba: *Τὰν ἁδονὰν ἀποδεχόμενος* (XIII, 2), *κομιδὴν εἰς αὐτὸν ἐβάλλου* (XIX), *παθήματι χρώμενος* (XXVIII, 1), *ἐμποδὼν ἵστασθαι* (XXIX, 1), *πόλεμον ἐξενέγκειν* (XXX, 5), *τοὺς λόγους ἐκοινώνησαν* (XXVIII, 1), *ἡδονὴν θαυμάζειν* (VIII), *σωφροσύνην διώκειν* (XII), *προσπίπτειν λόγοις καὶ φωναῖς* (XIV, 2).

c) De collocatione verborum.

Animum eius, qui Socratis et Socraticorum epistulas leget, verborum collocatio offendet, qua saepe cohaerentes enuntiationis partes seiunguntur. In hac separandi ratione maxime verbum usurpatur. Insertum videmus plurimis locis inter substantivum et attributum. Eiusmodi exemplorum, quamquam singulis in epistulis multa repperi, haec afferre satis sit.

Τὴν ἐμὴν συνιέναι γνώμην (I, 1), *τὸν λοιπὸν ἔζη βίον* (12), *οὐ πολλοῦ αὐτὰ δεήσειν χρόνου* (III), *Εὐτυχῶν ἐφίεσαι πραγμάτων* (V, 1), *τὸν ἄλλον προσεπιθεωρεῖν βίον* (VI, 2), *τὴν γὰρ αὐτὴν ὑπολαμβάνεις γνώμην* (VII, 1), *Σικελικαῖς προσανέχειν τραπέζαις* (VIII), *εἰς τυραννουμένην ἦκον πόλιν* (IX, 3), *παντὸς ὧν ἐπάνω πλούτου* (XX), *τὴν ἐνδεχομένην περὶ αὐτοῦ ποιεῖσθαι σπουδὴν* (XXV), *ἐπί τι ἀγάγῃς τέλος* (XXVIII, 1), *τὴν αὐτὴν ἄξεις πρόνοιαν* (XXIX, 5), *Τούτων* — intersunt septem verba — *τῶν εὐεργεσιῶν* (XXX, 4), *πολλοὺς τεθεαμένος σοφιστὰς* (11), *ἀληθὴς λέγοιτ' ἂν ἐνδίκως βεβαιότης* (XXXII, 2).

Verbi inter substantivum vel adiectivum et genitivum positi haec sunt nonnulla exempla: *Παλιμπράτην τινὰ εἶναι τῆς παιδείας* (I, 1), *τῆς βασιλείας ἔφησας μέρος διδόναι* (10), *αἰτίαν καταλιπεῖν ἀφροσύνης* (VI, 6), *οὐδενὸς ἐλλειφθήσονται τῶν ἀναγκαίων* (8), *Πλάτωνος περιέπεσε σύγγραμμα* (XV, 3), *ἀρχὴν ποιούμενος συστάσεως* (XXV), *τῶν πυραμίδων κατεῖδον τὸ μέγεθος* (XXVIII, 2), *κτηματί-*

την ποίει τούτου (XXIX, 5), *αὐτῶν εἰπεῖν ὀλίγας* (XXX, 1), *τὰς θύρας ἐμπίπρης τῶν γειτόνων* (XXXVI).

Etiam aliae voces iungendae verbo diremptae sunt: *αὐτοῖς πειρᾶσθαι παραμένειν* (XXI, 2), *οἷόν τε ἀναλαβεῖν ἐστι* (XXII), *ἧς φαίνεσθε μνημονεύειν* (XXVI), *τῶν μικρῶν ὑμᾶς οὐ παρακελεύομαι καταφρονεῖν* (XXIX, 3), *τοὺς λόγους ἐξῆν Ἰσοκράτει λέγειν* (XXX, 3), *καλὸν ἡγούμενος καὶ δίκαιον εἶναι* (XXXII, 2).

Substantivum ab attributo alio substantivo vel adiectivo vel voce quavis seiunctum esse videmus his locis: *παρὰ ζώντων μόνον δωρεὰς τῶν φίλων* (VI, 1), *λόγων ἐπιμελητὰν τῶν Σωκρατικῶν* (IX, 1), *πάντες ἀπ' Ἀθηνῶν οἱ Σωκράτους ἐρασταὶ* (XVI), *τοῦ* — intersunt quattuordecim verba — *Σωκράτους* (XXVII, 1), *Λαμπροκλῆς εἰς Κυρήνην ὁ Σωκράτους* (XXIX, 4), *ἆθλον Πυθίοις τῆς εἰς Δελφοὺς στρατείας* (XXX 8), *χρὴ ταύτης πάντας ἐφίεσθαι* (XVII), *ἐκ νέου ἔτι παιδὸς* (XXVII, 2), *τῶν ἄλλων πάλιν τεχνημάτων* (XXVIII, 2).

Quibus argumentis de verborum collocatione allatis elucere puto illam structuram quaesitam et de industria adhibitam esse. Haec libera ac rhetorica ratio verba collocandi, quae iam apud priores auctores saepius occurrit [1]), inde a Polybii aetate saepissime usurpatur [2]) et apud recentiores [3]) velut Arr., Ael., Philostr., imprimis substantivum et attributum verbo seiungitur [4]).

Nonnulla addam de collocatione pronominis demonstrativi, quod quinque locis eodem modo positum est, quo pronomen reflexivum poni solet: XXXII, 1: *τὸν αὐτοῦ βίον*, XXX, 10: *τὴν πατρίδα τὴν αὐτοῦ*, XXII, 2: *τὴν ἐκείνου ἀρετὴν*, XXXIV, 2: *πρὸς τὸ ἐκείνου ἦθος*, XXX, 8: *τὰς τούτων ψήφους*. Haec quoque proprietas est recentiorum, quae praecipue imperatorum temporibus percrebruit [4]).

[1]) Stich, Acta sem. Erl. II, p. 206 ss. Lindhamer, p. 63 et 49.

[2]) Usener, Der hl. Theodosius, p. X, adn. 4.

[3]) Schmid, II, p, 283 s.; III, p. 313 ss.; IV, p. 516.

[4]) Kaelker, Leipz. Stud. III, p. 257; Meisterhans [3], p. 154; Schmid, II, p. 48; III, p. 66; IV, p. 614.

III. Epistulas Atticistarum temporibus conscriptas esse demonstratur.

a) De sermonis consuetudine.

Quoniam intelleximus epistulas non Socratis et Socraticorum aetate neque paulo post compositas esse, nunc ostendam scriptores, cum consulto sermonem vulgarem sequi noluerint, sed operam dederint, ut consuetudinem priorum temporum imitarentur, in numero Atticistarum, qui vocantur, habendos esse. Id autem, quod voluerint, auctores non consecutos esse mirum non est, nam nemini eorum ac ne elegantissimis quidem contigit, ut se a sermone communi expedirent [1]).

Ac primum agam

1. De particulis.

Temporibus, quae Alexandri Magni aetatem sequebantur, scriptores cuiuslibet generis litterarum magis magisque a consuetudine veterum Atticorum recesserunt et libros suos ita scripserunt, ut Dionysius Halicarnassensis [2]) de nonnullis eorum, in quibus sunt Duris, Phylarchus, Polybius, dicat libros illorum usque ad finem legi non posse. Wilamowitzii iudicium de illis est hoc: Periodorum labyrinthos exstruunt, e quibus ne ipsi quidem feliciter se exsolvunt [3]). At quicumque has epistulas legerit, non negabit scriptas esse eleganter atque perspicue. Longa enim enuntiata atque hypotactice iuncta omnino fere non invenies aut, perpaucis exceptis tanta perspicuitate sunt ut non offendamus. Singulae phrases ut paratactice coniungantur, persaepe particulae *μὲν-δὲ* vel *δὲ* vel *γὰρ* usurpantur. Nunc tabulam particularum propono, ex qua elucet, quas particulas scriptores et quotiens adhibuerint.

	καὶ=et	*καὶ*=etiam	*τὲ-καὶ*	*μὲν-δὲ*	*μὲν*	*δὲ*	*γὰρ*	*οὖν*
I (136 versus)	32	20	2	15	2	20	16	5
II (7)	1	1	1	1	—	1	—	1
III (9)	—	1	1	2	—	—	1	—
IV (9)	2	3	—	2	—	1	—	1
V (21)	—	—	2	2	1	2	3	2
VI (134)	20	11	4	18	5	14	5	7
VII (62)	17	7	1	6	1	7	6	2

[1]) Norden, Kunstprosa, p. 485. Blass, Acta apostol., p. 14 s.

[2]) De compositione verb. 4.

[3]) Commentariolum gramm. III, Gött. gel. Anz. 1889, p. 19.

	καὶ et	καὶ etiam	τὲ-καὶ	μὲν-δὲ	μὲν	δὲ	γὰρ	οὖν
VIII (17 versus)	2	1	3	2	—	2	3	1
IX (42)	19	2	5	—	2	6	6	1
X (6)	2	1	—	1	—	2	1	—
XI (9)	5	—	—	—	—	1	2	—
XII (10)	3	—	—	—	1	2	2	—
XIII (27)	17	3	2	2	—	2	3	2
XIV (121)	53	3	9	1	6	17	20	5
XV (32)	15	5	2	1	—	3	4	—
XVI (15)	6	1	2	—	—	3	1	1
XVII (47)	14	3	4	2	1	8	6	4
XVIII (24)	10	4	2	1	2	3	3	1
XIX (8)	5	1	—	—	—	2	2	—
XX (6)	4	1	—	1	—	1	—	—
XXI (30)	12	2	4	—	1	6	6	2
XXII (21)	3	1	1	1	—	3	1	1
XXIII (28)	8	3	2	—	—	6	3	3
XXIV (19)	4	—	2	2	—	5	2	1
XXV (15)	10	2	—	1	—	1	4	1
XXVI (12)	5	2	1	—	—	1	1	
XXVII (21)	5	1	4	1	—	1	2	1
XXVIII (36)	16	5	5	—	—	6	3	1
XXIX (57)	8	6	4	3	—	9	9	3
XXX (163)	45	10	—	24	2	30	11	2
XXXI (20)	4	3	2	2(3)	—	2	1	—
XXXII (29)	15	3	—	1	—	7	4	—
XXXIII (9)	5	1	—	1	—	1	2	1
XXXIV (26)	12	3	2	1	2	4	3	2
XXXV (27)	15	5	2	3	2	7	4	3
XXXVI (12)	10	3	3	1	—	9	4	1

(quater μηδὲ)

Videmus, praesertim cum aliae particulae, velut τὲ-τὲ-καὶ, τὲ, καίτοι, δὴ, μέντοι, γὲ, μέντοιγε, καίτοιγε, ἄρα, aliae aliquoties adhibitae sint singulos fere versus particula quadam non vacare. Quae particulae, quibus in usurpandis Plato excellentissimus scriptor fuit atque maxime operam dedit, inde ab eius temporibus magis magisque evanescunt. Sophistas demum secundi post Chr. n. saeculi, ἀφ ἑλκειαν, quae tum revixit, colentes, etiam hac in re Platonem aliosque Atticos secutos esse constat [1]).

[1]) Schmid, I, p. 179.

2. De pronomine indefinito.

Eadem aetate auctores elegantiae causa etiam pronomen indefinitum *τίς*, prioribus temporibus omnino fere ignotum, denuo adhibuerunt, quam consuetudinem imprimis ii, qui *ἀττικῶς* scribere volebant sequebantur[1]). Maxime memorabile est quattuor locis [XV, 2; XIX; XXII, 1; XXVIII, 2] formam *του* pro *τινός* legi, quam sermo vulgaris posterioris aetatis non usurpavit et quae in titulis, qui post annum tricesimum scripti sunt, non invenitur[2]). Quibus exemplis exceptis illud pronomen *τίς* additum videmus his locis: I, 1, 2, 5, 9, 9; III; V, 1; VI, 1, 3, 5, 7, 10; VII, 1, 3, 4; VIII; IX, 1, 1, 4; XI; XIII, 2; XIV, 1, 4, 5, 6, 8, 8 (*σχεδόν τι*), 8, 9, 10; XV, 3, 3; XVI (bis), XVII, 3, 4; XVIII, 1, 1 (*σχεδόν τι*), 2, 2, 2; XX; XXI, 1 (*σχεδόν τι*), 2, 3, 3; XXII, 1, 2, 2, 2, 2; XXIII, 1, 1, 2, 2, 2; XXIV, 1, 1; XXV; XXVII, 1, 2, 2; XXVIII, 1, 2; XXIX, 1, 5; XXX, 1, 2, 12; XXXI, 1, 1, 1; XXXII, 1, 2; XXXIII; XXXIV, 1; XXXV (bis), XXXVI (tris), XXXVII (bis).

3. De praepositionibus.

Primum exponitur de frequentia.				Exstant in epistulis	
ἐν	93,	*διὰ*	43,	*ἄχρι*	3,
περὶ	89,	*ὑπὸ*	41,	*ἕνεκα* (+ *οὕνεπεν*)	3 (+ 1),
πρὸς	74,	*ἀπὸ*	25,	*πλὴν*	3,
εἰς (+ *ἐς*)	59 (+ 3),	*μετὰ*	19,	*χωρὶς*	2,
παρὰ	57,	*ἐκ*	17,	*πρὸ*	2,
κατὰ	52,	*ὑπὲρ*	7,	*δίχα*	1,
ἐπὶ	45,	*μέχρι*	4,	*παραυτὰ*	1.

Cum de praepositionum usu complures libri scripti sint[3]), facile comparationem facere possumus. His in epistulis primum locum obtinet praepositio *ἐν*, quem principatum videmus apud Atticos veteres (Antiph., Andoc., Dem., Lys., Hyper., Aeschin., Din., Thuc., Plat.) et eos recentiorum, qui castitati Attici sermonis student[4]), cum Diod., Jos., Paus., Arrian. [secutus Herodotum] App., Herodian. praepositionem *εἰς* praetulerint. Praepositio *ἐκ*,

[1]) Schmid, I, p. 136; III, p. 68.

[2]) Meisterhans [2], p. 123; Mayser, p. 311.

[3]) Krebs, Die Präpositionen bei Polybius (Beiträge zur histor. Synt. der griech. Sprache v. Schanz, 1. H.), Würzb. 1882. Blackert, De praep. ap. orat. att. usu, Marb. 1894. Scheftlein, De praep. usu Procopiano, Ratisb. 1893. Seidel, De usu praep. Plotiniano quaestiones, Bresl. 1886. Helbing, Die Präp. bei Herodot u. anderen Historikern (Schanz-Beitr. 16. H.), Würzb. 1903.

[4]) Helbing, p. 9; Blackert, p. 4; Seidel. p. 7, 11.

quae a veteribus multo crebrius adhibita est, locum undecimum habet. Primo loco est apud Isaeum, secundo ap. Dem., quarto ap. Antiph., Andoc., Lys., [Herod.].

Videamus nunc, quae ratio intercedat inter singulos casus cum praepositionibus coniunctos. Genitivum sibi nectunt

	ἀπὸ	—	25,
	ἐκ	—	17,
	ὑπὲρ	—	7,
	πρὸ	—	2;
dativum	*ἐκ*	—	93, *σὺν* — 2;
accusativum	*εἰς* (+ *ες*)	—	59 (+ 3).

Duos casus sibi sumunt

	gen.		acc.
διὰ	8	—	35,
κατὰ	4	—	48,
μετὰ	12	—	7,
περὶ	55	—	24,
ὑπὸ	38	—	3;

tres casus	gen.		dat.	acc.
ἐπὶ	9	—	25	11,
παρὰ	23	—	14	20,
πρὸς	2	—	3	69.

Praepositioni ***ὑπέρ*** a recentioribus eadem notio indita est, quae praepositioni *περί*[1]). Idem habemus his in epistulis, ubi legimus: *ἐλπὶς ὑπὲρ τῶν μελλόντων* (VI, 5), *ἐπιστέλλειν ὑπὲρ ὧν γράφεις* (VII, 1), *λόγον ὑπὲρ τῆς Ἡρακλέους ἀθανασίας* (XXX, 14), *ὑπὲρ ἐνίων συγγνώμης ἀξιοῖ τυχεῖν* (XXX, 14).

παρά: In libris eorum veterum, qui oratione soluta utuntur, *παρὰ* imprimis cum verbis sumendi et accipiendi coniungitur. Qui usus congruit cum nonnullis epistularum locis (I, 2; 3; 3; VI, 1; XXI, 3; XXIV, 1; XXX, 8; XXXVII), ubi scriptum videmus *λαμβάνειν παρὰ* (similiter: *παρ' ἐμαυτοῦ ἔχω*: I, 2). Saepius *παρά τινος* pro *ὑπό τινος* scriptum est. Rau[2]) ostendit hanc constructionem in libris spectatorum rerum scriptorum non inveniri nisi apud verba *λέγεσθαι, δίδοσθαι, ὁμολογεῖσθαι.* At epistularum scriptores etiam verba passiva *μαρτυρεῖσθαι* (XV, 1), *εὐθύνομαι* (XVII), *πέμπεσθαι* (XXIX, 1), *ἀπαντᾶσθαι* (XXIX, 1), *ὑπάρχομαι* (XXXI, 1), *ὑφηγεῖσθαι*

[1]) Schmidt, p. 396; Scheftlein, p. 40.

[2]) Rau, De praepositionis *παρὰ* usu, p. 17. cf. Schmid, I, p. 399.

(XXXV), cum praepositione *παρά* coniunxerunt. Eadem est aliquoties apud substantiva pro simplici genitivo, quam structuram recentiores in deliciis habent [1]). Sex exempla notavi: *τὰς παρὰ ζώντων δωρεὰς* (VI, 1), *τὴν παρὰ τῶν πληθῶν εὐφημίαν* (VI, 3), *τῆς παρὰ τῶν Ἑλλήνων εὐνοίας* (XXX, 4), *μῦθον παρὰ Ἀντιπάτρου* (XXX, 8), *τῆς παρὰ σοῦ χορηγίας* (12), *αἱ [εὐεργεσίαι] παρὰ σοῦ* (12).

Praepositio ***περί*** connexa cum accusativo octo locis idem valet atque *ἐν*: *Περὶ Λακεδαίμονα* (XIV, 1), *περὶ Αἴγιναν* (9), *περὶ Μέγαρα* (XV, 3), *περὶ τὴν Λακωνικὴν* (XVIII, 1), *περὶ τὸν Πόντον καὶ τὴν Θρᾴκην* (1), *περὶ Ἰταλίαν καὶ περὶ Σικελίαν* (XXII, 2), *περὶ τὸν Σαϊτικὸν νομὸν* (XXVIII, 1), *περὶ Ἡλιούπολιν, περὶ Αἴγυπτον* (1). Quod idem dicendi generi Polybii et recentiorum respondet.

Πρός. Huic praepositioni bis genitivus, tris dativus additus est, qui casus posterioribus temporibus magis magisque evanescunt [2]). *Πρός*, cum genitivo coniuncta, est in quarta decima epistula (XIV, 5) pro *ὑπό τινος* (*πρός τινων περιειλκόμην*) [3]) et in duodetricesima in formula iuris iurandi (XXVIII, 1: *πρὸς Διός*).

Operae pretium est inspicere, quae sit ratio singulorum casuum. Legimus in epistulis apud praepositiones genitivum 213ies, dativum 140ies, accusativum 285ies. Ratio igitur est

1,52 : 1 : 2,04,

cum sit apud oratores Atticos [4])

gen. : dat. : acc. = 2,02 : 1 : 1,78.

Vides ergo apud hos genitivum primum locum obtinere. Sed posterioribus temporibus accusativus progreditur [5]), ut iam apud Polybium habeamus

gen. : dat. : acc. = 2,2 : 1 : 4,5.

Quodsi accusativus in his epistulis ceteros casus non tam longe praecurrit, ea de causa fit, quod auctores sermonem veterum Atticorum aemulari student. Hac ipsa de causa praepositionem *ὑπό* tris cum dativo coniunctam esse invenimus, cum sermo vulgaris illam iam dudum abiecerit [6]). Recentiores demum velut Jos., Plut., Herodian., Luc., de consulto eam constructionem rursus usurpaverunt [7]).

[1]) Rau, p. 28.
[2]) Mullach, Gramm. der griech. Vulgärspr., p. 380.
[3]) Schmid, I, p. 400. [4]) Blackert, p. 16.
[5]) Helbing, p. 9.
[6]) Mullach, p. 385; Winer, § 48; cf. Krebs, p. 6 s.
[7]) Schmidt, p. 390 s.; Rothstein, Quaest. Luc., p. 42.

Eodem spectat anastropha praepositionis *περί*, quam habemus in sexta epistula (VI, 12). Haec *ἀναστροφὴ τόνου*, quamquam haud raro legitur in carminibus veterum poetarum, in libris scriptorum, qui oratione pedestri utuntur, nusquam fere scripta est nisi in ipsa praepositione *πέρι* adhibenda [1]). Quam consuetudinem severe secuti sunt posteriores velut Luc.[2]), Ael.[3]), Philostr.[4]), cum iis, qui paulo ante florebant ut Polybio et Diodoro illa *ἀναστροφή*, quae ipsi Aristoteli vetusta esse videbatur[5]), omnino ignota sit, A Dionysio Halicarnassensi primum usurpatam esse dicit Schmid[6]).

Ceterum accusativum procurrere optime in praepositione *παρά* adhibita videmus. Ratio est apud Andoc. dat. : acc. = 7 : 6; Lys. 36 : 35; Isae. 26 : 15; Isocr. 142 : 49; Dem. 54 : 15; Lyc. 19 : 8; Hyper. 17 : 13; Aeschin. 35 : 27; Din. 24 : 9. Sed in epistulis est 14 : 20.

Nonnulla addam de periphrasi genetivi, quae nonnunquam efficitur praepositionibus *περὶ, παρὰ, ἐκ, κατὰ, ὑπὲρ, ἐν, εἰς*. Haec structura, quae minime respondet veteri generi dicendi, quin sermonis pedestris fuerit, non est dubium[7]). Sed ap. recc. ut Polyb.[8]), Jos.[9]), Luc.[10]) non est inusitata. In epistulis satis multa exempla inveni.

a) pro genitivo: 1. ***περί***: *Τὰ περὶ Βελλεροφόντην* (I, 11), *πολυτελείᾳ ἢ περὶ τὴν δίαιταν* (VI, 2), *τὰ περὶ τοὺς φίλους* (VI, 8), *τὸ ἀκριβές τούτων πέρι* (VI, 12), *τὰ περὶ Σωκράτους* (XIV, 1; 10), *τὰ περὶ βύρσας* (XIV, 2), *τὰ περὶ Σωκράτους* (XV, 1), *τὰ περὶ τᾶς τελευτᾶς* (XVI), *τῆς δόξης περὶ τὴν σοφίαν* (XXII, 2), *τῆς περὶ ταῦτα* [*τὰ θεάματα*] *μεγαλουργίας* (XXVIII, 2), *τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν* (XXXIII), *τῶν περὶ ἐμὲ* (XXXIII), *τὰ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ φενακίσματα* (XXXVI).

2. ***παρά***: *τὰς παρὰ ζώντων δωρεὰς* (VI, 1), *τὴν παρὰ τῶν πληθῶν εὐφημίαν* (VI, 3), *τῆς παρὰ τῶν Ἑλλήνων εὐνοίας* (XXX, 4), *μῦθον παρὰ Ἀντιπάτρου* (8), *τῆς παρὰ σοῦ χορηγίας* (12), *αἱ παρὰ σοῦ εὐεργεσίαι* (XXXI, 2).

3. ***ἐκ***: *ἤκων τις ἐξ αὐτῶν* (I, 9), *δόξης . . . ἐκ τοῦ σώφρων εἶναι* (VI, 3), *τὴν ἐξ ἀρετῆς δόξαν, εἰς τὴν ἐκ τῆς ἀρεσκείας* [*δόξαν*] (VI, 3), *συνθύτας τινὰς ἐξ ὑμῶν* (XVIII, 1).

4. ***κατά***, *τὴν κατὰ φύσιν χροὰν* (VI, 3), *τὸ καθ' ὑμᾶς μέρος* (VII, 4).

[1]) Kuehner-Blass, Griech. Grämm., II, 1, p. 555.
[2]) Schmid, I, p. 247. [3]) Schmid, III, p. 90. [4]) Idem, IV, p. 96.
[5]) Eucken, Beobachtungen über d. Praep. bei Aristoteles, p. 62.
[6]) Schmid, IV, p. 96. [7]) Idem, IV, p. 624.
[8]) Krebs, p. 100, 145. [9]) Schmidt, p. 361, 390. [10]) Schmid, I, p. 399.

5. **ὑπέρ**: *ἐλπὶς ὑπὲρ τῶν μελλόντων* (VI, 5).

6. **ἐν**: *τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ λόγους* (I, 1).

b) pro dativo: 1. **κατὰ**: *καθ' ὅτι εὐδαίμων εἴη* (VI, 4), *τοὺς κατὰ γένος προσήκοντας* (VI, 11), *κατὰ τύχην δέ τινα, κατὰ τρόπον* (XXXIII).

2. **εἰς**: *εἰς τοῦτο εἶναι σοφόν* (I, 7), *εἰς τὸν τρόπον τὸν Ἑλληνικόν* (XXVIII, 2).

4. De numero duali.

Huius numeri, qui non iam exstabat aetate Alexandri Magni [1]), ultimum exemplum invenimus apud Dinarchum (anno 321) [2]) neque occurrit ille in libris eorum, qui consuetudinem cotidianum sequuntur, et in libris [3]) septuaginta Iudaeorum neque Novi Testamenti [4]) neque in Titulis Pergamenis [5]) neque in papyris [6]), Polybius [7]) autem atque magis Josephus [8]) „timide et anxie" dualem usurpant. Nam eorum exempla omnia fere ad gemina membra corporis pertinent, qui usus antiquissimo usui respondet. Atticistarum demum aetate liber usus numeri dualis revixit ac non est inusitatus ap. Dion. Chr., Luc., Aristid., Ael., Philostr.[9]). Exempla harum epistularum, quae duodecim repperi, omnia fere aperte ad duas res vel duos homines referuntur, cum duo exempla non indicent, quot de viris agatur.

a) *Δυοῖν τούτοιν προσδεῖται πόλεμος* [*καρτερίας τε καὶ ἀφιλοχρηματίας*] (V, 2), *τὸ θράσος αὐτοῖν* (*Ἀνύτου καὶ Μελήτου* (XIV, 1), *τούτω τὼ μιαρωτάτω ἄνδρε . . . παρεμεινάτην πονηρὼ* [*Ἄνυτος καὶ M.*] (1), *τὰς τέχνας αὐτοῖν* (eorundem virorum) (1), *πρὸς Κέβητα καὶ Σιμίαν τὼ Θηβαίω* (7), *τὼ ἑτέρω περὶ Αἴγιναν ἤστην* [*Κλεόμβροτος καὶ Ἀρίστιππος*] (9), *προφάσεις δὲ αὗται κατ' αὐτοῖν εὑρέθησαν* [*κατ' Ἀνύτου καὶ M.*] (XVII, 4), *οὐ διέφαγον τὼ πονηρὼ ἄνδρε ἐκείνω* [*Ἀν. καὶ M.*] (4), *καλώ τε κἀγαθὼ ἄνδρε καὶ . . . εὔνω* [*Εὐκλείδης καὶ Τερψίων*] (XXI, 1).

b) *Σημαίνετον* [10]) (XV, 2), *οἴδατον* [10]), *ὦ φίλοι* (XXII, 1), *ἔρρωσθον* [10]) *ὡς ἁρμονιωδεστάτω ἄνδρε* (XV, 3).

---

[1]) Krueger, Griech. Sprachlehre, p. 14, adn. 7.

[2]) Keck, Über den Dual bei den griech. Rednern etc., p. 57.

[3]) Mullach, p. 151. [4]) Winer [6], p. 160.

[5]) Schweizer, p. 138. [6]) Mayser, p. 249.

[7]) Herm. Schmidt, De duali Graecorum et emoriente et reviviscente, p. 50 ss. (Bresl. phil. Abh. VI, 4).

[8]) Guil. Schmidt, p. 371; cf. Herm. Schmidt, p. 44 ss.

[9]) Schmid, I, p. 87; 233; II, p. 35; III, p. 476; IV, p. 43.

[10]) Has dualis formas verborum apud recentiores non inveniri ante Dionem Chr. testatur Herm. Schmidt, p. 45.

5. De hiatu.

Transeo nunc ad hiatum. Huius vitandi rationem, cuius initium factum est a Thrasymacho [1]), ab Isocrate lege constitutam esse nemo nescit. Ii, qui paulo post eius aetatem florebant, maxime operam dabant et „Isocratea artificia acerbissima cavillatione persequebantur", ut hac re illius elegantiam adaequarent, atque Schmid dicit de Polybio [2]): Er hat nur eine Tugend in der Zusammenfügung der Worte festgehalten, die Vermeidung des Hiats. At recentiores non tam diligenter hiatum vitant. Apud ipsum Philonem liberius admissum esse in antiquitatibus, at de industria vitatum esse reperimus in libris de bello Iudaico scriptis [3]). Neque Diodorus Sic. hiatum diligenter fugit [4]). Sed sophistarum temporibus hoc ornamentum orationis non iam adhibitum est nisi in *λόγῳ πολιτικῷ* [5]), et inde ab Hadriani aetate omnino neglectum est [6]). Eos, qui has epistulas scripserint, saepius hiatum effugisse videmus elisione vel crasi. Attamen etiamsi toleramus hiatum post articulum, pronomen relativum, post *καὶ, μὴ, εἰ, ἢ, ὦ, εὖ, τί, τὶ, δὴ, πρὸ, ὅτι, περὶ* [7]), post formam tertiae personae singularis medii vel passivi, quae in *-αι* cadit, in pausa brevi, etiamsi hiatum ignoscamus ante vocales breves *α, ε, ο* [8]), qui aphaeresi facile vitatur, vel post tales vocales, quas neglegentia librariorum haud raro perscriptas esse scimus, id quod etiam in carminibus saepe factum est [9]), multi hiatus graves restant, quorum ineunte dissertatione tabulam proposui. Nonnullis locis re vera hiatum vitatum esse videmus. Substituta est enim aliquoties simplici relativo *ὅ* forma plenior *ὅπερ* [*ὅπερ ἄλλοι* (I, 2), *ὅπερ ἔφησας* (VI, 5), *ὅπερ οἴεται* (5), *δι' ὅπερ οὐδὲ* (10), *ὅπερ ἦν* (XV, 1)] vel pro simplici copula *ὅτι* scripta est forma *διότι* [*ἔλεγε δὲ διότι* (XIV, 5), *καὶ διότι* (XXVI), *πέποιθα καὶ σοὶ διότι* (XXIX, 5), *γράφω . . . καὶ διότι* (XXXII, 1), *φανερὸν γενέσθαι διότι* (XXXIV, 3)] vel simili modo sublatus [*οἵτινες ἐπιμελεῖσθαι* (XXII, 1), *δὲ καθάπαξ* (I, 6), *δὲ καθάπερ* (XXXIV, 2)] vel mitigatus est [*οἷει τι ἀργυρίου* (I, 5), *μέγα τι ἡμῖν* (XXI, 3), *οὔπω*

[1]) Röllmann, De numeri orat. primordiis, p. 13. [2]) Schmid, I, p. 2.
[3]) G. Schmidt, p. 347; Benseler, De hiatu, p. 557.
[4]) Kaelker, De hiatu in libris Diod. Sic. (Leipz. Stud. III, p. 306 ss.).
[5]) Schmid, IV, p. 471; Benseler, p. 557.
[6]) Norden, Kunstprosa, p. 361.
[7]) Wendland, Philos. Schrift über die Vorsehung p. 106 et Aristeae ad Philocratem epistula in indice sub voce „hiatus". Schmid, IV, p. 470.
[8]) v. Petersen, In Galeni De placitis Hippocratis et Platonis libros quaestiones, p. 44. [9]) Diels, Herm. XIII, p. 2 s.

τι εἶχον (XXII, 1), *μή τι ἕτερον* (XXII, 2), *καίτοιγε* [1]) *ὁ νόμος* (VI, 7), *μέντοι γε ἡμᾶς* (XV, 1), *κάκιστά γε ἔφη* (XXIII, 1), *ἆρά γε οὐχὶ* (1), *οὕτω γε ἴσθι* (XXIV, 1), *τούτῳ γε οἶμαι* (XXVIII, 1), *ὡς ἔγωγε ὠνόμασα* (XXXVI).

Has esse tantum reliquias priorum temporum in scholis haerentes arbitror. Sed illam tabulam intutati non iam dicere possumus scriptores hiatum diligenter effugisse [2]). Qua ipsa de causa affirmare audeo epistulas non ante Philonis aetatem exortas esse.

6. De nominibus personarum et urbium.

Sermo vulgaris posteriorum temporum nomina propria, quae in *-ης* cadunt, primae declinationi attribuit. Sed aetate imperatorum veteres formae restitutae sunt [3]). Mirum igitur non est in epistulis permulta exempla genitivi in *-ους* exeuntis inveniri:

Σωκράτους: VII, 1; XII; XIV, 2; XV, 1, 2, 3, 3; XVI (bis); XVII, 3; XVIII, 2, 2; XX (bis); XXI, 2, 2, 3; XXII, 2; XXIII, 1; XXVII, 1; XXVIII, 2; XXIX, 3, 4.

Πολυκράτους (XIV, 3); *Ἰσοκράτους* (XXX, 1, 4, 6, 11); *Ἡρακλέους* (XXX, 3, 6, 8). Genitivi primae declinationis habemus quattuor exempla: *Ἀλκιβιάδου* (XXIII, 2; XXX, 9); *Ξέρξου* (XXX, 3); *Κλείδου* (XXX, 7).

Accusativus harum vocum semper in *-ην* terminatur, quam formam, quod Attica esse putabatur [4]), nonnulli Atticistarum praeferebant [5]):

Σωκράτην (I, 1, 5; XIII, 3; XIV, 1, 7, 10, 10; XVII, 1, 3, 4); *Βελλεροφόντην* (I, 11), *Ἀλκιβιάδην* (XIII, 1), *Αἰσχίνην* (XV, 2; XXIII, 1), *Εὐκλείδην* (XXI, 1), *Δαμάστην* (XXX, 4), *Κρεσφόντην* (6), *Κλείδην* (7).

Simili modo Atticistae suffixa loci *-σιν, -ζε, -θεν* denuo usurpaverunt, quae linguae, quae *κοινή* vocatur, omnino ignota erant [6]). Haec ipsa suffixa scriptores adhibuisse videmus. *Ἀθήνησιν* (I, 1; IV; XIV, 1; XX; XXVIII, 2; XXX, 1). *Ἀθήναζε* (III; XVII, 4; XXIX, 3), *Μεγαράδε* (XVII, 3).

[1]) Hac forma inusitata ipse auctor *περὶ ὕψους* eadem de causa utitur (v. Rohden, Commentat. in honor. Buecheleri, p. 73).

[2]) Is, qui epistulam tricesimam composuit, re vera hiatum vitavit, sine dubio propterea, quod orationem ad regem quendam mittendam in *λόγων πολιτικῶν* numero habendam esse censebat. cf. Schmid, IV, p. 471.

[3]) Mayser, p. 277 s.; Meisterhans [3], p. 135 s.

[4]) Demetr. de eloc. *καὶ ὅλως τὸ νῦ δι' εὐφημίαν ἐφέλκονται οἱ Ἀττικοὶ Δημοσθένην λέγοντες καὶ Σωκράτην.*

[5]) Schmid, IV, p. 582. [6]) Idem, IV, p. 585.

7. De verbis mediis.

Idem Atticistae saepe genere medio, sermoni pedestri inusitato [1]), pro activo usi sunt [2]), quod elegantiores formae Atticae putabantur [3]), Eandem consuetudinem epistularum scriptores secuti sunt.

Διατριβὰς ποιούμεθα (I, 2), *παρακατάθωμαι* (2, 3), *οὓς φαύλους ὑπολήψομαι* (3), [*περιόψονται ἡμᾶς*] *ἀπορουμένους* (3), *προήσεσθαι* (3), *παρασκευάζεσθαι* (4), *ἀρξόμενον* (10 bis), *καθίζεσθαι* [pro *καθίζειν* vel *καθέζεσθαι*] (11), *Τούτῳ συλλαβόμενος* (III), *Ἐξορμήσεσθαι* (IV), [*ὡρμηκότα* (V, 1)], *ἐκλέξεσθαι* (IV), *Παραιτέομαι* (VI, 1), *τὴν εὐφημίαν παρακαλούμενοι* (3), *μισθὸν φερόμενοι* (10), *ἀναζωπυρεῖσθαι* (10), *μνήμης ἀξιοῦται* (10), *εὔνοιαν ἐνδεικνύμενοι* (10), *ἀτιμίαν τιθέμενον* (11), [*εἰς ἀρετῆς*] *λόγον πλεῖστα*] *συμβάλλεται* (12), *Ἀνακαλεσάμενά με* (VII, 1), *κοινωνὸν ποιεῖσθαι* (1), *εἰ ἀφορμῆς ἐπιλάβοιτο* (4), *θανάτους ποιούμενοι* (5), *ποιούμενος θεραπείαν* (5), *Σωτηρίαν πορίσασθαι* (VII b), *Οὐδείς με ἐξαιρήσεται τῆς ὠμότητος* (IX, 1), *δεδώρηται γυναῖκας* [*ἐμοί*] (1), *αὲ διατίθεται* (1), *ἀποτίθεσο* (2), *ἐπαρῶμαι* [*κατ' ἐμαυτοῦ*] (3), *ἐπιδείξασθαι τὸν Ἡρακλέα* (4), *Διαπράξησθε* (X), *Τεθνάξονται* (XI) [4]), *Κολύμνην ποιήσασθαι* (XIV, 1), *καταθέσθαι τὰς τέχνας* (1), *ἐπαγγέλλομαι* (2), *ἀκρουσάμενοι* (2), *κατατετόλμηται* (2) [5]), *ἐξηρτήσατο ἑαυτοῦ* (2), *περιθέμενος τὴν κυνῆν* (2), *δίκας γράφηται* (2), *ὑποτιμάομαι τὴν δίκην* (bis) (4), *δέος ἐποιοῦντο* (4), *καταψηφίζομαι* (4), *ἀναμιμνησκομένους εἰς ἑαυτοὺς* (6), *τεθνήξοιτο* (6) [4]), *ἐπιλαβόμενος Κρίτωνος* (6), *πρόνοιαν ποιήσασθαι* (10), *Λεινόν ποιοῦνται* (XV, 1), *θρυπτόμενος* (3), *Προσκαλέομαι* (XVII, 2), *περιασπαζόμενος* (3), *σοφοὺς ποιοῦνται* (4), *χαλεπηνάμενοι* (4), *Ἐφυτευσάμην* [*ταῖς ἐμαυτοῦ χερσίν*] (XVIII, 1), *μὲ ἀνεσώσατο* (1), *πεποίημαι ἀπομνημονεύματα* (2), *διαπέμψομαι* [*αὐτὰ ὑμῖν*] (2), *πρόφασιν ποιεῖται* (2), *Πειρᾶσθαι* (XXI, 1, 2, 2), *Λαβόμενός μου* (XXIII, 1), *ἐπιδεικνύμενοι* (3), *Ἀρχὴν ποιούμενος* (XXV), *στρατεύεσθαι, πειρῶ* = *πειράου, ποιεῖσθαι σπουδήν* (XXV), *Πειρᾶσθε* (XXVI), *Ἀπεκρύψω, ὅτι μέλλεις* (XXVII, 1), *ἄρχομαι* (1), *τὰ περὶ ἔρωτος διωρθοῦτο* (2), *προεδρίας ἀξιοῦσθαι* (2), *Τερατεύομαι* (XXVIII, 1), *ἐπιδείκνυται τὴν φύσιν* (2), *Ἐκομισάμην τὰ γράμματα* (XXIX, 1), *πειρώμενος* (1), *ὑποτίθεμαι σοι* = hortor (2), *ὑμᾶς παρακελεύομαι* (3), *περὶ παντὸς ποιουμένη* (3, XXXI, 1, 2; XXXII, 2), *πειρῶ* =

[1]) Schmid, I, p. 94. [2]) Idem, II, p. 50; III, p. 71; IV, p. 73, 617.

[3]) cf. scholium tertiae orationi Aeschinis (III, 41) adscriptum, quod in pagina 52 huius diss. attuli.

[4]) De hac forma iam supra (52) egi. [5]) Vide huius diss. p. 50.

πειράου (3), *κοινουμένη τὸν βίον* (4), *Πειράσομαι* (XXX, 1), *ἀποφαινόμενον* (4). *Μεσσήνην κομίσασθαι* (6), *παρακατατίθεσθαι* (6), *Ἐνδεδεῖχθαι* (XXXI, 1), *ἐξισοῦσθαι* (1), *Πειράσομαι* (XXXII, 1), *Πολλοῦ τιμᾶσθαι* (XXXV), *συμπαρασκενάζομαι* (XXXV).

8. De atticismo.

Auctores harum epistularum in Atticistarum numero fuisse etiam ex argumentis, quae nunc afferam, elucet. Ii enim, qui ab illorum parte stabant, aoristi optativi formas, quae Aeolicae appellantur, adhibuerunt et has ipsas etiam nostris scriptoribus usui fuisse videmus. Septem exempla inveni: *ἀπιστήσειας* (I, 8), *μεταπείσειε* (VI, 5), *ποιήσειεν* (XXII, 2; XXIII, 1). *νομίσειεν* (XXX, 5), *προστάξειεν* (7), *δόξειεν* (XXXIV, 1), *ἀξιώσειαν* (1, 3). Quae formae Aeolicae consultudini vulgari omnino ignotae sunt [1]) neque usurpatae sunt in titulis [2]).

Eodem spectat, quod nominativi et accusativi pluralis comparativorum in *-ων* exeuntium omnes fere [3]) contrahuntur. Hae formae, quarum undecim exempla afferre possum: *ἀμείνω* (I, 12; IX, 2), *ἐλάττω* (I, 6), *καλλίω* (I, 10; VI, 9; XXX, 9), *κρείσσω* (XIII, 1), *μείζω* (I, 6; 10; XXX, 9), *κρείττους, βελτίους* (1, 6), cum vere Atticae putarentur, apud Atticistas multo usitatiores fuerunt quam formae non contractae, quas sermo cotidianus eius aetatis praeferebat [4]).

Proprietatem Attici sermonis etiam nuncupare debemus, quod auctores semper *ττ* pro *σσ* scripserunt, a qua norma, paucis exemplis earum epistularum, quae Aristippo substitutae sunt, exceptis [5]), non recesserunt. Legimus: *γλώττα* (XXXIII), *θάλαττα* (I, 6), *νεοττοὶ* (XXI, 2), *πράττω* (I, 2; 2; 6; 8; 8; IV; VI, 10; 11; XIII, 1; 2; XIV, 2; XV, 1; XVIII, 3; XXIV, 1; XXV; XXXI; XXXIV, 1; XXXVI), *φυλάττω* (VI, 8; VII, 1; XXX, 6), *ταράττω* (VII, 3; XXIX, 3), *ἁλάττω* (I, 12), *ἐπιπλήττω* (VII, 1), *περιττεύω* (VI, 7), *κρείττων* (I, 7; VI, 3; VIII, 2; XIV, 5; 5), *θᾶττον* (X; XIV, 7; XXIV, 1; XXIX, 4), *ἐλάττω* (I, 6; 6), *ἧττον* (VI, 9), *ἄττα* (XXIII, 3; 3) [6]).

Atticum dicendi genus aemulandi causa scriptores in voce *υἱὸς* declinanda tertiam declinationem adhibuerunt. Legimus for-

---

[1]) Winer, § 13, 19.

[2]) Meisterhans [3], p. 166, 9.

[3]) Tris habemus formam *πλείονες* (XXVIII, 2; XXXV; XXXVI).

[4]) Meisterhans [3], p. 151; Cohn, p. XLIX.

[5]) Vide huius diss. p. 24 XII. [6]) Schmid, IV. p. 579.

mas *νίέα* vel *νίεῖς*, vel *νίέας* (VI, 7; 11; XIV, 2; 4; XV, 1; XVII, 4), quas sermo vulgaris illorum temporum non iam norat [1]).

Ne longus sim, nihil dicam de genere neutro adiectivorum pro substantivo usurpato, quod Atticistis magno usui fuit [2]), quamquam permulta exempla inveni.

b) Quae argumenta ex sententiis ad philosophiam pertinentibus eruantur.

Has epistulas primis p. Chr. n. saeculis exstitisse non minus probatur argumentis ex rebus ad philosophiam spectantibus petitis, quae nunc afferam. In omnibus fere epistulis continentia et temperantia magni aestimantur, ut supra (p. 8ss.) ostendi. Cuiusmodi sententias illis temporibus plurimi et comprobabant et sequebantur [3]). Nonnulli autem hac in re tantum progressi sunt, ut vitam veterum Cynicorum imitati Diogenem ipsum severitate morum superare studerent vel potius se superare simularent. Qua de causa eorum longae barbae, vestes viliores, bacula nodosa, perae sordidae [4]) omnibus ludibrio erant. At multi sophistarum illis ipsis temporibus ita luxuriae se dabant, ut a multis deriderentur. Utriusque generis homines in epistulis nostris vituperantur. His grave opprobrium in sexta epistula factum esse videmus: *Οἱ δὲ πολυτελείας μὲν τῆς περὶ τὴν δίαιταν οὐδὲν ἀπολείπουσιν, ἐσθῆτας δὲ διαφόρους οὐκ ἔτους τοῦ αὐτοῦ ἀλλὰ καὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς ἀμφιέννυσθαι ζητοῦσιν πολλὰ δε χαρίζονται καὶ ταῖς ἀπορρήτοις ἡδοναῖς.* Ac faciem ornant medicaminibus extrinsecus accitis et quod veram virtutis gloriam amiserunt, „ad eam, quae pendet ex adulatione, confugiunt, largitionibus publicisque epulis plebis captantes plausum“. Et cum in publicum prodeunt,

[1]) Thumb, Die griech. Sprache im Zeitalter des Hellenismus, p. 57. Mayser, p. 263; Meisterhans [3], p. 144, 14; Schweizer, p. 145; Schmid, III, p. 28; G. Schmidt, p. 501 ss.; Croenert, p. 175.

[2]) Cohn, Bresl. phil. Abh., IV, p. LI. G. Schmidt, p. 362 ss.; Schmid, I, p. 99; 196; III, p. 45.

[3]) Wendland, Philo und die kynisch-stoische Diatribe, p. 8. Hobein, De Maximo Tyrio quaestiones selectae, Goett. 1895, p. 87. Rossbroich, De Pseudo-Phocylideis, p. 25.

[4]) Luc. Demon., 19, 48; Gell., IX, 2. Bernays, Luc. und die Kyniker, p. 48. cf. Friedlaender, Darstellung aus der Sittengeschichte Roms [8], IV, p. 315. Geffcken, Kynika und Verwandtes, p. 53 ss. Helm, Lucian und Menipp, p. 371 ss.

ut sibi plaudatur, hominibus quibusdam pecuniam solvunt. Illi illuduntur in epistula tertia decima his verbis (XIII, 2): *Τὼς ἔχοντας βαθεῖς τὼς πώγωνας καὶ τὼς σκίπωνας ἐγέλασας τὰς ἀλαζονείας, ῥυπῶντάς τε καὶ φθειριῶντας καὶ ὄνυχας ὥσπερ τὰ θηρία μακρὼς περικειμένως καὶ ἐναντίας σον τὰς τέχνας ὑποτιθεμένως ὑποθήκας·*

Sed dicat forsitan quispiam scriptores hoc modo mores perversos sophistarum, qui Socratis aetate fuerint, describere voluisse. Sed illos de suis aequalibus cogitavisse apertum est. Nonnullis verbis enim se ipsi prodiderunt. Auctor primae epistulae dicit: *οὐ τοὺς βουλομένους ἀκούειν ἀργύριον εἰσπράττω, ὅπερ* ***ἄλλοι τέ τινες πρότερον*** *ἐποίησαν καὶ* ***τῶν καθ' ἡμᾶς ἔνιοι*** *ποιοῦσιν.* Num putamus Socratem ipsum hoc modo locutum esse? Qui tandem fuerunt *οἱ πρότεροι*? Primos Protagoram et Gorgiam pecuniam accepisse a discipulis scimus [1]), qui, cum eadem aetate, qua Socrates, florerent, non priores appellari poterant. Et quod scriptor dicit, ne veritatem laedere videatur, ***ἔνιοι τῶν καθ' ἡμᾶς,*** paulo infra admiratur ***τοὺς λοιποὺς,*** *οἱ φαίνονται αὐτοὺς διὰ τὰ κέρδη ἀποδόμενοι, καὶ παιδείας ὀλιγωροῦντες χρηματισμοῦ ἐπμελοῦνται.* Sic certe Socrates de aequalibus locutus non est neque verba sextae epistulae, quae supra attuli, illis opprobrio dari poterant. Sed cum ad sophistas quarti saeculi non referantur, hac ipsa de causa in secundum p. Chr. n. saeculum deducimur, ad eos sophistas, quorum de quodam Philostratus (v. S. p. 229) dicit: *αὐτῷ πολλὰ μὲν σκευοφόρα ἕπονται, πολλοὶ δὲ ἵπποι, πολλοὶ δὲ οἰκέται πολλὰ δὲ ἔθνη κυνῶν, ἄλλα εἰς ἄλλην θήραν, αὐτὸς δὲ ἐπὶ ζεύγους ἀργυροχαλίνου Φρυγίου ἢ Κελτικοῦ πορεύεται.* Neque altera vituperatione epistulae tertiae decimae, qua Simonis comites et amicos peti fingitur, digni sunt philosophi vel sophistae quinti saeculi [2]) cum sic se non gererent. Optima autem imago est prodeundi rationis Cynicorum, qui Luciani aetate erant. Accedit hoc. Epistulis nona (IX, 3 exeunte) et tertia decima (XIII, 2) longa barba Cynicorum commemoratur. Sed cum haec ante Alexandri aetatem nihil miri haberet [3]), recentioribus autem Cynicis propria esset, non minime probat epistulas horum temporibus compositas esse.

---

[1]) Diog. L., IX, 52; Diod. XII,

[2]) Hanc epistulam Socrate vivo scriptam esse fingi in pagina 21 ostendi.

[3]) Ed. Schwarz, Charakterköpfe, II, p. 7 s.

Peroratio.

Liceat paucis verbis omnia complecti. Ac primum quidem res, quas epistulae continent, nos impediunt, quominus eas genuinas esse censeamus. Deinde vocabula, quae attuli, quorum pars nondum quinto et quarto saeculo exstabat, pars aliam notionem induit, indicant epistulas scriptas esse primis p. Chr. n. saeculis. Tum quod articulum neglegentia usurpatum, quod reflexivi formam tertiae personae pro forma primae et secundae scriptam esse videmus, quod verba simplicia duobus vel tribus aliis exposita sunt, quod substantivum ab attributo suo saepissime verbo seiungitur, quod erat in deliciis scriptorum secundi p. Chr. n. saeculi, idem iudicium facere cogimur. Tum respicientes permultas particulas scriptoribus usui fuisse, pronomen indefinitum τίς saepe sine ulla significatione vocibus adiectum esse, praepositionum usum recentiorum dicendi generi non abhorrere, numerum dualem libere adhibitum et hiatum in plurimis epistulis omnino non vitatum esse, ad idem ipsum iudicium nos accedere oportet, praesertim cum scriptores, ut alii recentiorum, sermonem veterum Atticorum de industria imitati sint et sententiae philosophicae sententiis illorum temporum optime respondeant.

Quibus omnibus de causis affirmare audeo Socratis et Socraticorum epistulas, quae dicantur, compositas esse secundo post Chr. n. saeculo.

Conspectus.

pag.

A. Exordium 5

B. Tractatio 7

I. Quamquam non ab uno homine, tamen a discipulis eiusdem scholae scriptas esse demonstratur 7

II. Illas epistulas quinto vel quarto a. Chr. n. saeculo compositas esse non posse comprobatur 14

1. Quas res ad historiam pertinentes contineant epistulae . . 14

2. De genere dicendi 42

a) De delectu verborum 42

1. De substantivis 43

2. De adiectivis 47

3. De verbis 49

4. De adverbiis 58

b) De syntaxi 60

1. De articulo 60

2. De pronominibus 61

3. De genitivo absoluto 62

4. De concinnitate interrupta 63

5. De periphrasi loquendi 63

c) De collocatione verborum 64

III. Epistulas Atticistarum temporibus conscriptas esse demonstratur . 66

a) De sermonis consuetudine 66

1. De particulis 66

2. De pronomine indefinito 68

3. De praepositionibus 68

4. De numero duali 72

5. De hiatu 73

6. De nominibus personarum et urbium 74

7. De verbis mediis 75

8. De atticismo 76

b) Quae argumenta ex sententiis ad philosophiam pertinentibus eruantur 77

C. Peroratio 79

Vita.

Natus sum Guilelmus Obens in Guestfalorum vico Greven prope Monasterium sito a. d. VII. Kal. Jun. a. 1886 patre Guilelmo et matre Theresia e gente Moellerberndt. Fidei addictus sum catholicae.

Literarum elementis imbutus quinque annos scholam Latinam civitatis patriae et quattuor annos gymnasium urbanum Monasteriense frequentavi. Huius scholae directoris, v. d. Josephi Werra, cui dignam pro egregiis in me meritis gratiam nunquam referre potero, semper pio gratoque animo reminiscar. Vere anni 1908 testimonium maturitatis adeptus almam matrem Monasteriensem adii, in qua, compluribus mensibus exceptis, quibus in schola monasteriali ordinis Praedicatorum Vechtensi munere magistri functus sum, per novies sex menses studiis philologicis operam navavi.

Omnibus praeceptoribus meis, imprimis Krollio, Muenschero, Sonnenburgio, qui benigne permiserunt, ut seminarii philologici sodalis essem, gratias ago; maximam autem gratiam habeo Guilelmo Kroll, quo auctore et adiutore hanc commentationem scripsi.

15-5-64 C1

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

PA
4412
S6Z7

Obens, Guilelmus
Qua aetate Socratis